

LABORIOSA
SERVITUS
FILII DEI GLORIOSISSIMI

Factum humanæ Gentis expians,

Quam

SPIRITUS SANCTUS

In V. T. præcipuè per Prophetam Esaiam cap. XLIII.
& LIII. delineavit,

In N. T. in Domini JESU CHRISTI Exinanitione
Philipp. cap. II. expressit;

SUB PRÆSIDIO

Admodùm Reverendi, Amplissimi atq; Excellentissimi

VIRI

DN. JOHANNIS HULSEMANNI, SS. Th.
Doctoris & Professoris Publici, de Christi Ecclesiâ & Aca-
demiâ meritissimi, Consistorii Electoralis Assessoris, Cano-
nici Cizensis & ad D. Nicolai Pastoris fide-
lissimi;

*Præceptoris & Patroni sui filiali pietatis cultu æviternum
devenerandi;*

IN MAIORI PRINCIPP. COLLEGIO,

ad d. 28. Martii horis consuetis,

Publicæ Disputationi exposita

M. JOHANNES MAUKISCH FREIB. SS. Th. Baccal.

M DC XLIX.


LIPSIE,

Typis HENNINGI COLERI.

Paul.

Thd 124





*Hæc mea sublimior Philosophia sci-
re Jesum & hunc crucifixum, devota exclamat
Bernhardi anima fasciculum Myrrha ex o-
mnibus anxietatibus & amaritudinibus Do-
mini sui (Dilecti sui) colligans & inter ubera
sua collocans. Quod aureolum ipsi Gen-
ium debet Apostolo, qui Græcia ἡ ἐρο-
χὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς ἀειθεῖς ἀνθρωπίνης σοφίας
λόγοις, seu singulari sapientie humane eminentia, verbisq; maxime
persuasoris suam opponens prædicationem, ne quicquam se scire
judicat, nisi Jesum Christum & hunc crucifixum. Uti cum pri-
mis hæc vocula καὶ τὸν, & hunc, notam merentur. Nam his ipsis
simul modum considerandi determinat, quod videlicet Christum
non intueri gestiatur gloriâ & honore coronatum, sed crucifixum
aut, ut verbis Bernardi utar, non coronandum à familiâ suâ coro-
nâ justitiæ, quando exhibent Angeli, &c. Sed coronatum à nocentiâ
suâ coronâ spineâ, coronâ miseriæ. Epiph. serm. 2. Et hæc forma
Servi ac Schemâ humanum, in quò Jesus noster usque ad mortem,
mortem verò crucis, factus est obediens, licet in mundi fastum
Michalis æmulantis oculis sordidum ac abjectum videatur, us-
que adeò ut Judæis scandalum & Græcis stultitia vocetur; Illis ta-
men qui Christi mentem habent, quiq; ad ipsum extra castra exeunt,
opprobria ejus portantes, adeò formosum, adeò splendidum est, ut
in eo Dei potentiam ac sapientiam, & quidem τὴν πολυποίκιλον
σοφίαν τοῦ θεοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστον πλεονεξία καὶ χάρις, hoc est, multis modis
variegatam, nullisq; humane scientie vestigiis indagandam Christi
opulentiam videant, admirentur, & hoc vadimonio se suo ob-
stringant Salvatori crucifixo: Memor ero quamdiu fuero, labo-
rum illorum, quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurren-
do, tentationum in jejunando, vigiliarum in orando, lacrymarum in
compatiendo. Recordabor etiam dolorum ejus, convitiarum, sputo-
rum, colaphorum, subsannationum, exprobrationum, clavorum, ho-*

Serm. 43.
Cantic.

1. Cor. 2. v. 1.
& 4.

Hebr. 2. v. 9.
Serm. II. E-
piph.

Phil. 2. v. 7. 8
2. Sã. 6. v. 16.
1. Cor. 1. 23.
1. Cor. 2. 16.
Hebr. 13. 13.
1. Cor. 1. 24.
Eph. 3. 10.

Bernh. Ser.
Fer. 4 Hebd
Poen.



rumq; *similium*, quæ per eum, & super eum abundantius transferunt.

2. Tim. 1, 6. Quapropter è gliscente Passionis meditatione vivam pietatis flammam (quod Paulo est ἀναζωπυρεῖν) elicere cupiens, laboriosam Jesu Christi servitutem piæ considerationi, mutuoque Disputationis expono conflictui.

Sit labor iste meus Christi cantare laborem,

Et servum servâ dicere mente Deum.

οἰκονομία

Ut autem in ipso Disputationis limine totius Dissertationis Ideam breviter delineatam intueri queas; Euge tuo desiderio

I. Partem hujus Servitutis θεωρητικὴν, & in eâ

1. Theologo-Logico-Philologicam ἀνάλυσιν

2. Questionum Textum illustrantium Πίλυσιν.

II. Partem ejusdem πρακτικὴν, & quidem vicissim

1. Usum διδασκαλικελεγκτικόν

2. Usum παιδευτικεπανορθωτικόν.

3. Παρηγορητικόν.

Astere non dubitamus.

PARTIS THEORETICÆ

MEMBRUM I.

Theologo-Logico-Philologica
ἀνάλυσις.

Thesis I.

Cardo totius Dicti Prophetici in hoc vertitur, quod Filius Dei Populum Israëliticum convicturus sit, se servum factum, citra ullum ipsius meritum peccata ex merâ gratiâ delere ac remittere.

Εκθ. 1. Deus ter optimus maximus per Prophetam Populo Israëlitico singularem protectionem, aliaque numero innumera promittens beneficia à versu 1. ad 7. atque tum *remotivè* à vers. 8. usque ad 10. tum *positivè*, se unicum Deum atque Servatorem esse contestatur, à vers. 10. usque ad 13. Post hæc liberationem sub-

jun-

jungit Babylonicam vers. 14. 15. 16. 17. atque (more Scripturæ so-
lenni) cum hâc corporali Spiritualem in Nov. Testam. redemptio-
nem subsequaturam conjungens, omnia puræ putæ suæ gratiæ tri-
buit. Ut itaque totius hujus Dicti nervum accuratius animad-
vertas, hunc ex antecedentibus & consequentibus Syllogismum
extruimus:

Ex. 2.

*Cuicunq; Populus Israëliticus nullo cultus divini genere servivit,
sed potius eum per Majores ac Doctores suos offendit, atq; pro-
pter peccata sua durâ pressum servitute defatigavit, is peccata
illius delens ex merâ delet gratiâ. Atqui Filius Dei (α) Populus
Israëliticus nullo cultus divini genere servivit, (β) sed eum po-
tius per Majores ac Doctores suos offendit, (γ) ac propter pecca-
ta sua durâ pressum servitute defatigavit.*

Ergo Filius Dei peccata illius delens ex merâ delet gratiâ.

Major est Solis scripta radio, quum non tantum omnem cultum
removeat, sed etiam contrarium poenas à tergo trahens statumi-
net, atque sic omne prorsus meritum excludat. Minor robur
suum mutuatur è contextu (α) vers. 21. 22. 23. 24. (β) v. 26. 27. 28.
(γ) v. 25.

Ex. 3. Ut autem quaslibet hujus Dicti particulas singula-
tim excutiamus, agite contemplemur. 1. Ipsum *Objectum*, quod
est *Servitus*. 2. Ejusdem *Subiectum*, seu *Filium Dei*. 3. *Causam*
προνόητικὴν, prævaricationes populi. 4. *Causam προσηλυτικὴν*
seu divinam gratiam ac misericordiam. 5. *Formam* seu modum,
qui in *Servitutis* laboriosæ actibus consistit. 6. *Causam Finalem*
seu *Effectum*, qui peccatorum deletionem exprimitur.

Objectum hujus nostræ considerationis est *Thesis II.*
Servitus, quæ hic de profundâ Christi Exinanitione accipitur.

Ex. 1. Vox Hebræa *עָבַד* descendit à rad. *עָבַד* *servivit*,
quæ in Hiphil *עָבַד* habet, & semper in hâc Conjugatione signi-
ficat *servire fecit, in servitum rededit, Servitute durâ pressit*. Ita
namque usurpatur de Servitute Israëliticarum durissimâ, tum eâ,

A 3

quâ

quã Egyptii eos affligebant (ubi LXX. transtulit κατὰ δαλζύται
D. L. mit Strönen beschweren Exod. 6, 5. & cap. 1, 13. adhibet κατὰ
δυναστεύειν D. L. Zwungen zu Dienst) tùm etiam istã, quã Babylo-
nii captivos discruciabant, Jerem. 17, 14. Quin imò si contex-
tum nostrum respicias, talem Servitutis impositionem depre-
Exod. 1, 14. hendes, quæ κατὰ δυνᾶ τὴν ζωὴν ἐν τοῖς ἔργοις σκληροῖς, hoc est, do-
loribus conficit vitam in præduris operibus exequendis, quæque
hominem in lassitudinem datum miris ac diris modis enervat,
dum vivos homines mortui incurfant boves, uti Libanus apud
Plautum jocatur. Hinc Rab Ahraham in Commentario suo in
Asin. Act. 1. hunc locum: *Propter peccata tua factus sum in oculis Gentium tan-*
scen. 1. *quam servus, cui non est potentia;* citante Pagn. in Lexico. Quo-
p. 1633. modò itaque vox ista hõc in Textu capienda sit, diversis Interpre-
tum auditis sententiis, optimam, ut confidimus, tandem subjicie-
mus.

Exd. 2. Plurimi quidem Interpretum tùm ex Judæis ac Pho-
tinianis, tùm Pontificiis ac Calvinianis in eam feruntur opinio-
nem, quasi hîc Deus non tàm *personaliter* quàm *essentialiter* confi-
deratus, loquatur, & ingratitude ac molestiam, quam Popu-
lus Deo creârit, objiciat, licet in diversas non pauci abeant sen-
tentias. Et itã vox hæc per ἀνθρώπου πάθειαν de Deo esset expli-
canda.

Vis. 6. p. 193.

Exd. 3. Fernandius in Visionibus V. Testam. exponit hoc
de *presentiã Dei, quã Populo servienti adfuit, & illi in Servitute hæ-*
renti subvenit, ita Paraphrasin suam attexens: Non satis fuit,
quod me presentem offenderis, sed cum necesse fuerit ob id punire va-
riis captivitatibus, ut servires apud exterarum nationes, illud profectò e-
venit in magnam predicationem clementiæ meæ, quod te servientem
minimè deseruerim, sed planè tui miserans tecum ipse servierim, ut
servitutis onus tibi esset me presente & compatiante tolerabilius &c.
nimirum quod Deus in captivitate Egyptiacã concaptivus fuerit,
probatio in promptu est, eliciturq; ex illo 2. Reg. 7, 23. cum David inter
alia Domino dicit: Quæ est autem Gens in terrã, ut populus tuus
Israël, quem redemisti tibi ex Ægypto Gentem & Deum ejus?
Ubi commemorato absolute beneficio liberationis Hebrææ Gentis ab
Ægypti servitute, quasi specificans, quinam & quales educti fuerint,
addi.

addidit: Gentem & Deum ejus, ac si diceret: Totus populus educus est, & Deus ejus cum eo, utpote qui cum suis captivis veluti concaptivus tenebatur. Sic ergo seipsum cum populo suo redemit Deus. Profectò cum illo serviebat antea, dum servienti aderat opera sua juvans ad onera servitutis facilius sustinenda.

Exb. 4. Sed R. Nusquam è Scriptura Fernandius probabit Deum tùm temporis dici servire, quandò populo suo in servitute præstò est & auxiliatur. Multò minus eum semetipsum redimere, dum populum servitute eximit. Locus 2. Reg. 7, 23. (qui est 2. Samuel.) planè citatur incongruè quem tamen instar tibi- cinis substituit. Nam ita verba in fontibus sonant; 2. Sam. 7, 23. אֲשֶׁר פָּדִיתָ לְךָ מִמִּצְרַיִם גּוֹיִם וְאֱלֹהֵי. Quem locum Münsterus in Scholiis sic illustrat: *Hebraeis habent, Gentem cum Diis ejus: & capiuntur hinc Dii pro senioribus & iudicibus populi. Sunt tamen inter Hebraeos qui hunc locum sic legunt: Quem tibi redemisti ex Aegypto, ex Gente & iudicibus ejus.* A quâ lectione non usque adeò abhorret versio Lutheri: *Welches du dir erlöset hast/ von Egypten/ von den Heyden und thren Göttern* Et sane hæc versio saltem *ἄπο τῶν κούρῶν* repetens est facillima, ac ad ipsam liberationis historiam satis venustè quadrat.

Exb. 5. II. Forerius ad *Dei patientiam*, quam in Sacrificiis etiam sine fide ab ipsis Sacerdotibus exhibitis perferendis declaravit, oculum dirigens, hoc obtrudit commentum: *Vos me potius servire fecistis in peccatis vestris hostiis illis vestris & sacrificiis, & universo cultu, quam ego vos. Ego vestro questui, honori ac voluptatibus serviebam. Vos Legem meam transgrediebamini fidei & misericordie ac justitie, quæ gravissima sunt in Lege ac oculis meis gratissima, prorsus obliti, &c.* Resp. Sed hæc sententia (1.) Scopum ipsum non ferit, qui versu 18. & 19. protenditur. (2.) Sumit pro concessio, quasi Deus ex professo Sacerdotes perstringat, cum tamen Jacobum seu Populum Israëliticum in genere Sacrificia offerentem tangat. (3.) Confundit Phrasin *Servire alicujus peccatis & servire in peccatis vel propter peccata alicujus*, quæ sententia hujus loci. Ut (4.) taceamus locum, in quò Phrasis ista hanc in faciem explanetur, nondum monstratum.

Exb. 6. III. Apud Rab. David Kimchi, Sanctium, Cornelium à Lapide, Calvinum, Tremell, & Junium, Marloratum, Ha-

go;

Comment.
p. 363.

In Cōment.
num. 37.

In defens.
Animad.
Ass prim.
6.4. p. 126.

gonem Grotium, Socinum, aliosque Judæos, Pontificios, Calvinianos & Photinianos hæc est communissima sententia, quod *Servitus pro adjuncto servitutis, labore, molestia & tædio ponatur.* Hinc ista verba, *Tu me tibi servire fecisti*, sic interpretatur Cornelius à Lapide: *Peccatis tuis me gravasti, molestiã affecisti, & quasi Servus tuus essem aut mancipium, onerasti.* Est Catachresis, h. e. quod dixit capite 1. v. 14. *laboravi sustinens.* Huic similia comminiscitur Rab. David Kimchi וכן אמר ה'י סובל כעבד סבל טרחו וכן אמר ה'י עלי למשא כבד עלי לטורח גלאתי נשוא כי החטאים והעונות היו עלי למשא כבד, h. e.

Quia fui portans sicut servus portans onus suum, & sic dixit, fuerunt super me instar oneris, pertasus sum ferre, quia peccata & prevaricationes fuerunt super me sicut onus grave. Neque omitendum est, inquit, Sanctius à LXX. *aliter hæc legi: In peccatis tuis & in iniquitatibus tuis ante me stetisti.* Quæ paulò post hoc explicat Scholio: *Stat ante Deum Peccator cum peccatis suis quasi pugnaturus contra eum; Peccata enim tela quadam sunt qua intentat peccator & vibrat contra Deum.* Imò ut huic rei undiquaque color quærat, præcedentia in Contextu nobis obvertit Socinus; *est, inquit, ibi ad præcedentia elegans quadam relatio, atq; antithesis.* Dixerat enim ante à Dominus populo suo, *non te servire feci in oblatione, nec laborare te feci in Thure, i. e. non fui tibi causa laboris aut molestie in rebus istis mihi exhibendis, quia sc. hæc à te non multum exegi.* Itaq; paucis additis per antithesin sui & illorum postmodum subjungit; *Veruntamen vel quin potius servire me fecisti in peccatis tuis, laborare me fecisti in iniquitatibus tuis, i. e. imò tu mihi peccatis & iniquitatibus tuis causa laboris ac molestie fuisti.*

Exb. 7. Verum R. Ne hæc firmo talo nititur; Nam (1) parum etiam ipsam Contextus seriem attendit, quod veterum memoria jam deponenda, & novi germinis progerminantis ortus observandus sit, vers. 17. & 18. (2) Quando Servitatem per Catachresin pro molestiã & tædio ex servitute ac labore oriundo poni, tandemque ad Deum αὐτῶν πρὸς θεῶν loquendo applicari contendunt, genuinam radicis hujus indolem non assequuntur; הַעֲבִירָה enim à radice עָבַר servivit, in Hiphil significat *fecit servire*, seu in servitute redegit, nec unquam in sacro Codice formaliter idem ac aliquem tædio afficere denotat. Quapropter cum nostra sententia

tia

tia genuinam & Scripturæ familiarem significationem retineat; istum genuinum sensum (uti quidem Cornelio videtur) per insignem Catachresin elicatum nondum exosculari possumus, nisi firmiora sternantur fundamenta, quæ an hæc sint, ulterius dispicimus. Largimur enim (3.) utrâque manu ipsis textum Esaiæ cap. I, illumque altiùs expendi postulamus: Ita namque verba in contextu sonant: *Ne pergitote offerre munus vanitatis, sufficit abominatiõ est mihi: novilunio & Sabbatho convocando convocatiõnem, non possum ferre iniquitatem neq; interditi die; Novilunia vestra, & statas ferias vestras odit anima mea, sunt mihi laboriose, defessus sum ferendo.* Hic asserimus Phrases istas vestra Sacrificia cum ipsis precibus ex corde immundo profectis vers. 15 *abominor, non possum ferre, odit anima mea, facta mihi sunt quasi onus & labor, defessus sum ferendo,* à Rege vel alio Magistratu superiore fuisse delumptas, qui ad subditorum actiones improbas ac abominabiles ex longanimitate connivens, illos instar oneris tolerare, & hæc tolerantia, antequam ad ultionem vel vindictam provehatur, defatigari dicitur, quæ deinceps ad Deum per ἀνθρωποπαθειαν accommodari possunt, uti & simile dictum Malach. 2. 17. occurrit; sed neutrobi est idem verbum Hebræum מַכְבִּיר, de cuius significatu hic quæritur. Locum autem, ubi Deus ipse Rex ille Regum profiteatur, se populi sui abjectum servum factum esse, quem ostendant, vix ac ne vix quidem habebunt ullum. (4.) LXX. viralis v. versionis lectiõne nobis obstare non patimur, quum ipsa saltem audiat versio, & lectio variet: melior autem & ad fontes propius accedens juxta Hieronymum, Cyrillum, Theodorum & Eusebium, teste Cornelio à Lapide habeatur, quæ à nostris stat partibus: Hæc p. 363. nempè, ἐν ἀμαρτίαις σου ὑπερῆσπισαί σε: *Hyperaspistes fui pro peccatis tuis.* Quæ Phrasis postea explicabitur. Sed nec ulla lectiõ: προσέης με vel προσέην σου (sic enim prius membrum diversimodè legitur) neque variatio posterioris membri, quod in plerisque Exemplaribus legitur sine verbo construente proprio: Καὶ ἐν ταῖς ἀδικίαις σου quam Ellipsin alii supplent per ἐκόπασαί με; alii per ἐκάλεσά με vocasti me in subsidium. Aquila & Symmachus ἐκκόπων ἐποίησά με, apud Drusium in Fragmentis. Nulla, inquam, harum incommodat Interpretationi nostræ.

Ex. 8. (5.) Tandem ad contextum Respondemus illum

B

ma-

magis ex nostrâ fluere sententiâ. Sic enim Salvator loquens introducetur: *Non ego te feci servum in cultu meo expediendo, non tu postulavi sacrificia, quibus offerendis defatigareris; Sed ipse pro te servivi, ac laboravi, victimâq; factus peccata tua sanguine meo deleui, ac expiavi.* Sicut *Matth. 20, 28.* dicitur: *Filius hominis non venit ut sibi ministraretur, sed ut ministraret, & ut daret animam suam redemptionis precium pro multis.* Hinc Epistola ad Hebræos hunc Sacrificiorum cultum corporis Christi oblatione abrogatum fuisse perspicuè testatur, *cap. 10. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.* Id quod nostram sententiam maximoperè suffulcit, quam jam exponemus.

Exd. 9. IV. Ultima tandem sententia, quam hic nostram facimus, per ista verba, *servire me fecisti* intelligit *servitutem Filii Dei, quam in generis humani redemptione & peccatorum nostrorum deletione sustinuit.* Juxta hanc (1.) verba *Textus in suo genuino & scripturis de Messîâ loquentibus familiari significatu* adhibentur; Nam Prophetæ nostro solenne est Messiam passim, præcipuè verò *cap. 53.* servum Dei appellare, atque de eò conceptis verbis affirmare, quod Deus *בְּיָדָי* in eum velut agmine facto peccata nostra fecerit incurrere ac impingere, *vers. 6.* quod Servus justus in cognitione sui (quâ scil. nobis à Deo Sapientia, Justitia Sanctitas ac Redemptio factus esse creditur *1. Corinth. 1, 30.*) Multos justificet, cum ipsorum peccata portet *vers. 11.* Quod propter prævaricationes nostras sit vulneratus, & propter iniquitates nostras attritus *v. 5. & v. 8.* quod ex defectione populi ipsi plaga sit. Unde Chaldæi interpretis verba non inveniuntè *accommodari* poterunt *קָדְמֵי בְּעֵינַיִךְ אֲסַנִּיתָ קָדְמֵי בְּחֹבְךָ אֲחַקַּפְתָּ קָדְמֵי בְּעֵינַיִךְ* hoc est, *multiplicâsti coram me rectum tuum, invaluisti coram me in perversitate tuâ;* Imò & illa *LXX. versio* nobis conciliari poterit, si modò subjectum rectè explicetur, secus ac illi faciunt, qui hunc Textum non de Christo intelligunt.

Exd. 10. In *Nov. Test.* ipse Salvator servitutis suæ mentionem facit *Matth. 20, 28. Marc. 10, 45. Luc. 22, 27.* & *Paulus* hanc servitutem satis graphicè in *cap. 2. ad Philip.* depingit, de quo in ipsius Formæ explicatione pluribus infra agetur.

Exd. 11. (2) Præterea nititur hæc explicatio *ipso Scopo.* Nam liberationi illi ex *Ægypto vers. 15. 16. 17.* redemptionem in *N. Test.* futuram opponit, ejusque memoriâ deposita hanc unicè, proger-

mi

minante videlicet Messiam perpendendam sistit. Ne, inquit, recordemini priorum, & antiqua ne consideretis: Ecce ego facio novum quid, jam progerminabit. Quod Theſi sequente pluribus enucleabitur. Proinde in fumum abeunt Sophismata Socini, quibus hunc textum implicare conatur, negans hic vaticinium ullum aut redemptionem ullam recenteri; Plura, inquit, sunt hic adversarii errata. Primum id, quod Dominus apud Esaiam ut jam transactum commemorat & populo exprobrat, ipse pro vaticinatione accipit. Deinde quasi Prophetico Spiritu praditus, quanquam alios quosdam sequutus, vaticinationem istam ad redemptionem quam Deus per Christum populo suo fecit, referendam statuit; cum tamen non videatur ibi agi de redemptione ulla sed tantum de molestia & labore, quem Deus humano more loquens dicit se suscepisse propter peccata populi. Haec Socinus, qui parum & ipsam connexionem, & scopum, & verba Spiritus Sancti, qui de futuris propter eventus certitudinem, ceu presentibus & jam factis loquitur, attendit.

Ex 12. (3.) Et ad hunc sensum optimè collimare videtur LXX. vidualis versio, quæ ita se habet: ΑΛΛ' ἐν ταῖς ἀμαρτίαις σὺ ὑπερήσπισά με, καὶ ἐν ταῖς ἀδικίαις σὺ. Ἐγὼ εἶμι ἐγὼ εἶμι αὐτὸς ὁ ἐφαλείφων ταῖς ἀνομίας σὺ. Hic vocabulum ὑπερήσπισα pulchra refertum est emphasi, quam sic Lorinus eruit: ὑπερησπισα velut hyperaspistes, satellites, stipator, qui clypeo protegit. Fui hyperaspistes tuus, velut scutum opposui me ipsum & passionem meam Satanae, ut explicat Cyrillus Alexandrinus. Confer Gen. 15. v. 1. Ps 30, 5. Psal. 83, 10. Et Aloysius Novarinus hanc voculam adhuc venustius deducit: Pro scuto me opposui in iniquitatibus tuis, ne se. divina justitie nudi exponeremur. Sic igitur tecta peccata dicuntur, quia Christo nos obumbrante Dei gratiam consecuti sumus, ut ea omnino abolerentur. Quis ab eterni Patris irâ tutus, nisi Christo cruci affixo regeretur, obumbraretur? Quis se violentis Dei jaculis divineq; Justitie telis obsistere posset, nisi scutum, quod objiceret Deo, Deum haberet Filium, sc. humanam vestitum carne.

Ex 13. Quò verò melioris notæ hæc est Novarini Paraphrasis, eò deterioris est illa, quam alibi ex se comminiscitur, ubi verbis Oleastri priorem sententiam amplectentis laudatis, tandem hæc verba erudat: Habes sub peccatis nostris laborantem Deum,

Def. Anim.
ad. p. 26.

Lib. Sap.

Lib. 4. S. 2.
lect. Umbr.
Virg. n. 451.

Lib. 4. Elect.
S. Umbr.
habes Virg. n. 512.

habes sub sceleribus nostris estuantem ut humano loquamur modo, quarenda illi post hos labores quies, quarenda consolatio, quarenda umbra, sub quâ requiesceret ac recrearetur; Hoc munus obivit Maria, ut jure Deitatis consolatrix audierit. Sancta Brigitta olim virgo apparuit, quæ filium vehementer in genus humanum iratum, in cuius peccatis laboraverat, ad misericordiam fledebat: Cui ita Filius; Tu Angelorum & omnium Sanctorum gloria & Regina, quia à te Deitas consolata est, & omnes Sancti sunt beatificati, & ideo faciam quod vis. Sic ille ad illam. Solatur igitur Deum suum Virgo, & qui sub peccatorum aestu admodum laborantis aestuantisq; se habet, solamen umbram & requiem reperit in Mariâ. Sed R. Hoc Solamen, umbram & requiem in Mariâ Sacra Scriptura ignorat. Hinc missis Brigittæ fabulis ac somniis illa verba Christi, qui solus Torcular calcavit, Es. 63, 2. No varino pensiculanda relinquimus: Τι ἐμοὶ ἡγοῦσθε, Ἰσραὴλ; ἔσω ἡμεῖς ἢ ὠκεῖνος, Job. 2, 4.

Num. 38.

Comment.

Comment.

p. 363.

Exd. 14. (4.) Nostram porro explicationem ipse Sanctius (licet priorem sequatur) dicit, mirari habere vim, quia cum nulla esset facultas, quæ pro hominum peccatis satisfacere posset, Christus servilem formam assumens, & plusquam servilis conditionis pondus, dolorem subiit quam acerbissimum: Et quia sacrificia illa antiqua parum erant ad expiandum peccatum efficacia, victima esse voluit, quæ una pro omnibus vim haberet à peccatis expiatoriam. Et Cornelius à Lapide confiterur Leonem Castreum nostram interpretationem ex Lactantio Lib. 4. cap. 19. desumpsisse: Quasi dicat: Tuis peccatis servire i. e. servi carnem induere, servi pœnas scil. crucem suscipere me Christum fecisti. Imò tam Tu, ô Israël, quam Pilatus & Romani in morte me tractastis, non tam ut mancipium, quam pecus vel belluam. Nicolaus certè de Lirâ hunc sic evidentissimè declarat: Servire me fecisti in peccatis tuis, i. e. pro peccatis tuis expiandis; hoc perfectissimè fuit impletum in Deo & Homine Christo, qui formam Servi accepit, ut pro peccatis nostris satisfaceret. Ipsi etiam Interpretes Belgici quanquam servitutem non explicant pro satisfactione, vaticinium tamen ipsum de liberatione Christi exponunt.

Tom. 3. Jen.

Lat. p. 386.

Exd. 15. (5.) Tandem hæc est communis nostrorum Theologorum sententia, quam Lutheri verbis velut unione obsignabo:

Est

Est insignis locus, inquit, D. L. quod universa justitia Legis omnia, quantumvis magna, sancta, speciosa opera nihil prosint ad justitiam coram Deo consequendam, sed sint tantum peccata, pro quibus satisfacere & laborare Christum necesse fuerit. Hæc autem nostra est Justitia, quod Christus laboravit. Atq; hic unus Articulus est nostræ Fidei & Religionis, quem totus Mundus ignorat. Omnes enim aliæ doctrinæ ita judicant, eum debere puniri, qui peccavit. Hic autem Articulus diversum docet, nempe quod nos peccemus & alius pro peccato satisfaciatur, & peccati pœnam in se recipiat, sicut Johannes dicit: Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Subjectum hujus Servitutis est ipse Filius Dei, qui secundum Divinam Naturam est Jehovah, secundum Humanam Zemach, seu germen illud nobile. Secundum utramque verò unicus Salvator.

Thesis III.

Exh. 1. Maxima in hoc Textu residet difficultas, quodnam Subjectum hic statuatur, an ipse Deus essentialiter consideratus, an verò personaliter Pater, aut tandem Filius. Nos fundamento hujus rei ad primam quæstionem rejecto, Filium Dei per $\pi\rho\sigma\tau\omega\sigma\iota\omega\upsilon$ $\pi\alpha\tau\rho\sigma\iota\omega\upsilon$ introductum hic intelligimus, eumque secundum divinam naturam nomine Jehovah insigniri asseveramus: Quod nomen etiam ipsi vers. 14. 15. 16. & alibi passim tribuitur. Dicitur autem Jehova seu Essentiator tum ratione Essentiæ, quia ipse quoad suum esse à nullo alio dependet; tum ratione promissionum, quia omnibus suis promissis essentiam & existentiam largitur. Quæ origo alibi ostenditur.

Exh. 2. Hoc saltem jam addendum foret, non insolens esse in divinis literis Filium Dei Jehovah vocari, quod nomen ita absolute & simpliciter positum nulli creaturæ competit. Hoc nomine gaudet apud Hoseam cap. 1. 3. & salvabo vos in Jehovah Deo ipsorum, & Es. 45. 17. Israël salvabitur in Jehovah salvatione æternâ; Ubi utrinque in Chaldaicâ versione בְּיְהוָה habetur, & sic de ipso Filio Dei exponitur. Idem habes Joël. 2. 27. 28. 29. cum cap. 2. Actor. v. 33. & Zach. 12. 8. & 10. cum cap. 19. Johan. v. 37. &

Apoc. 1, 7. collatis. Cum primis autem huc facit Locus *Jerem.* 23, 7. 8. ubi illud germen Davidis Jehova Justitia nostra vocatur.

Exod. 3. Nec obstat Jehovam in hōc Capite dicere (α) v. 13. *אני הויה* hoc est, etiam ante diem ego ille; uti (β) & v. 15. gloriatur, se Israëlem creasse, atque (γ) v. 16. & 17. se parasse viam in mari, & hoste Pharaone submerso Israëlitas eduxisse. Nam R. (α) Ipsum Filium Dei secundum divinam suam naturam ceu hypostaticam Dei sapientiam fuisse *יהוה* antè tunc, antequam quicquam rerum esset, uti luculenter *Prov.* 8. v. 22. 23. & seq. hoc ostenditur. Ad (β) R. Creationem etiam quàm maximè Filio Dei in Sacris tribui. Nam is qui hic & in *Psal.* 102. 26. 27. 28. Jehova & creator Cœli ac terræ audit, in N. Testam. Filius Dei appellatur, *Hebr.* 1. 8. 10. 11. 12. Id quod cum primis è scopo Apostoli, verborum per Copulam *καὶ* connexionione, collatione vers. 2. & totâ textus *συναφεία* corroborare possemus. Ad (γ) Illud similiter pro nobis militare Respondeo; nam qui hic & *Exod.* 20. 2. *Deut.* 32. 12. Jehova dicitur, is in Epistola Judæ v. 5. *Κύριος*, & in Codice Roberti Stephani *יהוה* appellatur. Sic is Jehova, qui populum Israëliticum ex Ægypto ducens ab eo tentatus legitur, *Num.* 14. 3. & capit. 21. 5. 6. 7. in N. Test. 1. *Cor.* 10. 9. Christi nomine indigitatur.

Exod. 4. Hic porrò secundum *humanam naturam* appellatur *Zemach*, quod nomen è v. 18. & 19. hujus capituli elicio. Veteri enim Testamento, quod à liberatione ex Ægypto & transitu per Mare rubrum in deserto factum est, (Confer cum *Exod.* 14. & 20. Nostri Prophetæ v. 16. & 17.) abrogato v. 18. cultuique Levitico sepulto v. 22. 23. N. Test. h. l. opponit v. 19. Ecce ego faciens novum quid, *הויה הויה* hoc est, *jam* (illud) *progerminabit*. Quò nihil commodius inferretur, quam *Zemach*. *הויה* seu istud *Germen* justum, quod in illo tempore novo *efflorescat*, *Jer.* 23. 6. 7. & cap. 33. 14. 15. Unde & *Zach.* 6. istud nomen enucleatur dulcissimè: Ecce vir *הויה* nomen ejus, & sub eo *הויה*, *progerminabit* (scil. *Israël* spiritualis) & ædificabit templum Domini (intellige non *materiale*, quod à Jehosua & Zorobabele in hoc typis Christi exstructum fuit, sed *spirituale*.) Id quod de Messia ipse Chaldeus Interpretes explicat: Ecce, inquit, vir *הויה אשׁר* h. est, *Messias*

has nomen ejus, qui venerandus & magnificandus & edificaturus est
Templum Domini.

Exd. 5. Quapropter glossa Liræ nimis concinna est ad v. 18.
& 19: Hic, inquit, recoluntur beneficia Nov Testam. cum dicitur ne
memineritis priorum, i. e. præditorum beneficiorum; q. d. licet fue-
rint magna, tamen in comparatione ad beneficium Incarnationis sunt
modica aut nulla. Ideò subditur: Ecce ego faciens nova, secun-
dum quod dicitur Jerem. 31, 22. creabit Dominus novum super terram,
mulier circumdabit virum, i. e. Christum in utero.

Exd. 6. Est autem Salvator noster secundum utramq; naturam
vi Canonis: Una natura agit seu operatur cum communicatione al-
terius, quod uniuscujusq; est proprium, uti Concilium Calcedonen-
se loquitur. Unde Concilium Ephesinum similem confecit Re-
gulam: Si quis voces Scripturæ de Christo in duabus personis vel sub-
sistentiis dividit, & aliquas quidem velut homini, qui præter Dei ver-
bum specialiter intelligatur, aptaverit: aliquas verò tanquam dignas
Deo soli Dei Patris verbo deputaverit, anathema sit. Et quidem
quoad Divinam Naturam patescit id ex v. 11. hujus Capituli, quan-
dò dicit: Ego, Ego יהוה scil. sum מושע מבלעדי ה' est, & ni-
hil Salvatoris præter me, quibus Salvatio sic soli Deo tribuitur, ut
omni personæ, quæ non est Deus, adimatur. Huic affinis est con-
textus cap. 45. v. 21. & seqq. ubi simili modo Jehova contra Ido-
la invehitur: Nunquam, Ego, inquit, non Jehova ה' איני ה'
ה' אלהים מבלעדי אל צדיק ומושע אין וזקן hoc est, & nihil amplius
Dei præter me, Deus justus & salvans non est præter me. Respicite ad
me ut salvemini omnes fines terra, &c. Quæ verba de ipso Filio
Dei capienda esse, ipsum Spiritum S. per Apostolum Paulum lo-
quentem habemus interpretem, utpotè qui vers. 23. satis perspi-
cuè ad Christum applicat, & ex eo fundamentum ultimi judicii à
Christo habendi desumit, Rom. 14. v. 11.

Exd. 7. De Christi humana natura, secundum quam est Ze-
mach, ipse Salvator testatur, Matth. 20, 28. Filius hominis venit,
non ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, & daret animam
suam λυτρον pro multis. Et Paulus: Unus Deus, unus & Media-
tur Dei & hominum, Homo Jesus Christus, qui dedit semetipsum
ἀντίλυτρον pro omnibus, 1. Tim. 2. 5. 6. Cumque Christus secun-
dum

dum suam divinam naturam sit ἀπεθῆς, hinc Paulus & hoc expla-
nat, naturam determinans, cui passio Christi (non ut ἀποτέλεσμα,
ad quod utraque natura concurret, sed) ceu ἐνέργημα tribuatur.
Actor. 20, 28. *Attendite diligenter vobis metipsis & omni gregi, in
quo vos Spiritus ille Sanctus posuit Episcopus pascere Ecclesiam Dei,
quam appropriando sibi redemit dicit & idis αἵματι* Ⓞ, per proprium
sanguinem.

Inform. cap.
12. p. 75. 76.
77.

Exh. 8. Nugæ igitur sunt & gerris Siculis vaniora, quæ O-
storodi protrudit impietas, quod (α) tum temporis, quando Deus
hæc verba Esaiæ cap. 43, 11. elocutus est, Christus nondum extiterit,
proindeq; benè dici potuerit, quod unus ipse Deus sit Salvator, & si Chri-
stus sit Salvator, neq; tamen ipse sit summus Deus, (β) quod dicatur
præter Deum non Salvator esse, non eo sensu, quasi Deus solus sit Sal-
vator & nullus alius, sed quod omnis salus à quocunq; proficiscatur,
à Deo fluat; (γ) quod hæc verba (licet ab initio fluctuet) rotundè
(εὐκρίτως) de salute corporali accipienda sint, (δ) quod deniq; Deus
Christum Dominum ac Salvatorem fecerit, Actor. 13. 23. & cap. 5. 31.
Esai. 19. 20. 1. Johan. 4. 14 ex quibus concludit, quod nulla ratione di-
ci queat, Salvatorem ad hoc excitatum, missum & exaltatum esse, uti
de Christo dicitur, cum unicus Deus hoc à se habeat, quod noster Sal-
vator sit. Hisq; prolatis adversarios suo sibi gladio jugulum petere
gloriantur.

Exh. 9. Sed ne triumphus antè victoriam? Pronuper hæc
omnia satis declarata fuerunt, undè singula jam facili brachio
elidi poterunt. Nam demonstravimus (α) Christum secundum
divinam naturam ceu verum Jehovaham ab æterno extitisse. (β)
non solum omnis salus à Deo promanare, sed etiam præter Deum
non Deum nec Salvatorem (qui scil. propriâ virtute & in suam lau-
dem salvet) esse, expressè dicitur; (γ) rotundè etiam mentitur,
hæc verba juxta scopum & contextus connexionem de salute sal-
tem temporali intelligenda esse; consulatur saltem vers. 22. &
cap. 45. 21. (δ) quod autem Deus Christum Salvatorem misisse,
constituisse, aut à morte exaltasse legitur, illud de Christo secun-
dum humanam naturam, quæ cum divinâ personaliter unita est,
accipiendum esse, è superioribus constat. Ad Phrasin autem, ex
se habere. Respondemus, illam ambiguè positam, Nam si ex se
&

& à se habere opponatur *productioni & communicationi eterna*, ita ut *αὐτὸς ἑαυτοῦ* innuatur, concedimus Filium Dei divinam virtutem operandi non à se, sed à Patre habere. Sin verò opponatur *productioni & communicationi temporali*, ut & *alienæ voluntati & extrinsecæ operandi facultati*; Affirmamus Filium Dei (scilicet secundum divinam naturam consideratum) non aliena & extrinsecâ, sed propriâ voluntate & virtute suæ naturæ intrinsecâ & à nullo per gratuitam donationem accepta operari. Quam Distinctionem D. Fevverbornius dictis S. Scripturæ illustrat, & ad scopum præsentem applicat; *Disp. XIII. Anti-Ostrodi, p. 209.*

Exh. 10. Quando verò dicitur: Ego, ego ipse delens iniquitatem tuam, cum secundum Alvarez *pronominis Ego duplicatio potestatem, voluntatem & auctoritatem ostendat*; alterum *pronomine Ipse, constantiam*. Si lubet Pronominis *אני* ille ipse, Emphasis ulterius excutere, adeas Psalmum 102 ubi Cœlis & terræ pereuntibus, ac mutatis Deus opponitur *אני ה' אלהי* LXX *σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ* & tu ille, D. Luth. *Du aber bleibest wie du bist* quod dictum Epistola ad Hebr. cap. 1. ad ipsum Christum applicat.

Comment.
num. 205.

Causa προκινητικὴ seu impulsiva externa sunt peccata nostra, quæ hîc diversis appellantur nominibus.

Thesis IV.

Exh. 1. Chemnitius nominis Definitionem, ut in aliis, ita & in peccati definitione diligentius considerandam esse suadet: hæc ratione satis prægnante addita; *Quia inter operationes Spiritus Sancti numeratur donum linguarum, non est dubium Scripturam posse rebus maximè proprias & significantes appellationes tribuere, ut quæ aliàs prolixis commentariis per multas Divisiones vix explicantur, in ipsis vocabulis tanquam in suis fundamentis non sine magnâ animi delectatione perspicui possint. Videtur sanè studium planè puerile querere grammaticas significationes vocabulorum, sed quantum momenti habeat in ipsis rebus vel ex hoc loco intelligi potest.*

L. VII. de
Peccatis c. 2.

Loc. Th.
Part. 1 c. 2.
L. de Peccatis
10.

Exh. 1. In quo ipso nobis facem præfert, & licet præcipuè octo vocabula sint Hebraica, quæ indifferenter peccati vel delicti appellatione redduntur, illa tamen in sua linguâ differentes & valde

C

illu.

illustres significationes habere asserit. **אָפּ** inquit, significat aberrare, deviare, deflectere scil. à normâ Legis divinae. LXX. variè reddiderunt, sed commodissimè ἀνομία Psal. 51. v. 3. 4. 5. 7. & 11. eò quod non habet conformitatem cum Lege. **אָפּ** significat non tantùm aberrare à normâ Legis: sed perversè agere contra Legem. **אָפּ** quod priori affine est, & significat non ambulare in viâ Legis, sed transgredi. LXX. reddiderunt **Οὐ**. 8. 1. παράβασις. Prov. 28, 2. & 24. ἀμαρτίαν Gen. 31, 36. ἀδίκημα Prov. 28, 13. ἀσεβείαν. Item Ezech. 18. v. penult. & Amos. 1, 3.

Encl. 3. Et hæc vocabula non tantùm de Peccatis Actualibus sed & Originali usurpantur. Sic Es. 48. v. 8. hujus mali fontem indigitans populum Judaicum **אָפּ** seu transgressorem ex utero vocavit. Et in Psal. 51. 7. reliqua duo vocabula ponuntur; Ecce in iniquitate **אָפּ** genitus sum. **אָפּ** & in peccato calefaciendo concepit me mater mea. In quibus non intelligi potest peccatum Actuale, quod Parentes ipsius in generatione commiserint, sed ipsum originale peccatum indigitatur, cum David non de parentum, sed suo peccato, ex quo illud actuale profluxerat, confiteatur, nec de generatione activa sed passiva loquatur. Cujus ut & aliorum dictorum pro hæc sententiâ stabilienda nervum & sensum Amplissimus Dn. D. Weberus Præceptor & Evergetes meus æternâ observantiâ instar Parentis colendus in Theol. Christ. de Causâ Eff. hujus peccati in hæc Academiâ nobis prælecta eruditissimè monstrabat.

Encl. 4. Dicitur autem satis Emphaticè, quod nostra peccata servitutis Christi Causa sint, non quasi Christus coactè hanc servitutem subierit, cum ipse spontè sese pro peccatis nostris obtulerit, Hebr 10, 9. 10. & 12. sed quod nos peccatis nostris occasionem dederimus, ut durissimam Passionis servitutem & onus sustineret, juxta Can. X. Philolog. Sacrae Glassii: Verbum quod actionem seu effectum denotat, de ejus occasione quandoq; accipiendum est.

pag. 153.

Thesis V.

Causa **προνυξμεν** est Gratia Jesu Christi merè gratuita, uti ex Antecedentium & Consequentium collatione ad oculum patefcet.

Encl. 1. In hoc sanè, si quo ullo Scripturæ Textu peccatorum nostro-

nostrorum deletio gratiæ divinæ in solidum vindicatur, ita ut
omne os *Ἰσραὴλ* veluti capistro occludatur, & omnis mundus, Deo
fiat *ὡς ὀδίνος*, seu rigido justitiæ divinæ foro subjiciatur, Rom. 3. 19.
& hoc ipse Deus probat in Prophetâ nostro, tum privativè, remo-
vendo tam ipsorum, quàm Parentum ac Majorum pietatem ac
cultum, in ipsis enim negat (1.) omnem intentionem Deum quæren-
di vers. 22. (2.) omne studium v. eodem. (3.) omnem cultum omnes-
que sumptus in hoc cultu erogatos v. 23. 24. in Parentibus verò
gravem peccatorum catalogum recenset, v. 27. 28. De Majorum
classe ita differit Procopius, vid. glossam ordinariam, pag. 387.
Est hæc triplex ordinis oratio, Patrum, Interpretum & Principum:
quorum alii quidem imperandi, alii Scripturas interpretandi munere
fungerentur, alii etiam aetate tantum ceteras antecirent; Quorum
scelere periisse Israël in opprobriumq; vel blasphemiam incidisse dicit.
Una deinde tria hæc accipias significatione, si quos erudire subditos &
instituire deceret quia ipsi deliquerunt, veniâ in dignos eos existimes.
Sed agedum Textum ipsum explicemus, qui non parvis laborat
difficultatibus. Pater tuus primus (Per hunc Patrem primum sive
intelligas ipsum Adamum, quod placet Liræ & Paulo Burgensi E-
piscopo, cum ipsius peccatum in nos transierit: Sive Abrahamum, *in gloss. ord.*
quod vult Rabbi Salomon, Hieronymus, Sanctius, Cornelius à *p. 387.*
Lapide, & alii in hunc locum, licet de Peccato adhuc sint ambi-
gui, sive de omnibus Majoribus, uti sentit Lutherus Tom. 3. Jen p 386.
Icribens: Non accipio de Adam & de peccato Originis, sed genera-
liter singulare pro plurali accipio, ut confutet commune omnium
seculorum argumentum, quod objiciant nobis auctoritatem Pa-
trum,) à divinâ Lege aberrando peccavit; Et interpretes tui (per
quos communiter Moyses & Aaron, quod fuerint sequestri & in-
ternuncii Dei, intelliguntur, uti Sanctio, Cornelio à Lapide & a-
liis videtur. Burgensis hoc de Phariseis Legem perverse expli-
cantibus accipit. D. Luth. Generaliter Doctores intelligit, qui
omnia docent, præter nucleum in Lege, hoc est, promissiones in Chri-
stum, occupantur autem interim illa externa larva operum & sacrifi-
ciorum. Quoscunque igitur Doctores jactitare velint, illi)
Ἰσραὴλ hoc est, prævaricati sunt, & gravius adhuc peccarunt. Si qui-
dem

Gloss. Ord.
p. 387.

dem prævaricatio (ex Burgenſis addit. 2.) addit ſuper rationem peccandi. Nam prævaricari importat transgreſſionem Legis præ aliis. Et contaminavi (Interprete Lira, contaminatos oſtendi) Principes ſanctos (ſive Davidem adulterum & homicidam 2 Sam. 12. ſive Ezechiam Eſai. 39. animo elatum, aut alios quoscuſque Principes vitius tamen inquinatos hinc ſubaudias) & dedi ad internecionem Jacob, & Iſraël in blaſphemiam, hoc eſt, per Reges Aſſyriorum & Babylonis illos trucidari permiſi, eoſq; in hoſtium opprobrium, ut Chaldæus & LXX. vocem explicant, ipſos poſui. Burgenſis intelligit hinc Romanos, qui exequentes vindictam ſanguinis Chriſti, qui per malitiam Phariſæorum fuit effuſus, recipientium ipſum ſanguinem ſuper ſe & filios ſuos, ipſum Jacob, id eſt, Populum Iſraeliticum ad internecionem dederunt, & deinceps ipſius Principes à Deo condemnati ſunt tanquam blaſphemi Dei. Quam igitur morum ſanctitatem ſibi tribuant, cum & Patres peccarint, & Interpretes prævaricando peccatum auxerint, eorumq; Principes poenâs dederint graviffimas.

Gloss. Ord.
p. 388.

Ex 9. 2. Tum etiam poſitivè hoc probat, partim è v. 21. quando ſibi ſoli omne principium, ex quo Jacobus in cenſum peculii divini veniat, adſcribit. Hunc, inquit, Populum ego formavi (ſeu eidem formato hanc figuram induxi, uti Rab. Kimchi in Lib. Rad. hanc vocem à ברא & עשה, quando de Deo uſurpantur, diſtinguit. Non ut aliorum honori velificetur, ſed) mibi ſervum: ut ſcil. unicè ſerviat mihi, non quidem ſervitute Legali, quæ juſtitiâ Legis ſectantibus ceu grave onus incumbit, quod nec ipſi, nec Patres ipſorum portare potuerunt; Act. 15. 10. ſed Evangelica, quæ germanam in ſe continet libertatem, quando liberati à peccatis (per Filium Dei, ex quo ὄντως ἐλεύθεροι ſunt Johan. 8. 36) ἐδούλωθησαν ſeu ſervi facti ſunt juſtitiæ, Rom. 6. 18. quando membra ſua tradunt ſervâ juſtitiæ v. 19. imò ceu milites ſub vexillo Chriſti militantes membra ſua arma ſiſtunt juſtitiæ v. 13. & quidem in ſanctitatem vel ut ſanctificentur v. 14. atque in fine demum perfeſtilcant, quid à Chriſto liberati Deoque emancipati repositum habeant, videl. finem perfectiſſimum, vitam æternam, v. 22. Rom. 6. Et hanc liberrimam ſervitutem hinc à Filio Dei attendi manifeſtum evadit, cum ex ſubſequentibus, ubi ſe ſervitutem illum legalem

lem ipsis imposuisse negat, rùm ex cap. 44. v. 21. Ubi Jacobo hanc servitatem ceu singulare beneficium nullâ oblivione sepeliendum in mentem revocat, & se iniquitatem ejus sicut nubem & peccata ejus sicut nebulam delevisse contestatur, vers. 22. Unde Münsterus, licet in multis aliis cum Calvino judaizante non semper vaticinia de Christo dextrè interpretetur, in hunc tamen locum Scholion addit elegantissimum; *Nescio, inquit, si clarior aliquis locus ex Scripturâ contra p̄sidos Judæos, quam iste sit, produci possit. Qui tam aperte abroget Judæorum ceremonias & sacrificia. Populum, inquit, Prophetam novum sibi formabit Dominus, qui pro Sacrificiis Mosaicis enarret Leges ejus. Et paulò post ad hæc verba: Propterea ego pollui Principes sanctuarii vestri, addit: abjeci omnem cultum vestrum unâ cum tota Lege & omnibus illis qui Legi sunt addicti. His verbis Deus non inurit contumeliam Sanctis, sed ipse docetur glorificandus, disciturq̄, quod omnes Sancti ex gratiâ facti sunt sancti, solus Christus justitia est sanctorum & Thesaurus meritorum.*

Exb. 3. Partim etiam idem è v. 25. elicitur, Ubi Judæis iniquitatem operantibus pronomen *Ego Ego* repetitum opponit, & omne propter se factum esse dicit. *למעני* propter me seu ut mihi ipsi respondeat ac tribuatur. *מענה* descendit à rad. *ענה* quæ inter alia etiam significat respondit, unde *מענה* responsum, & *למעני* propter. Hinc quando dicitur Prov. 16. 4. quod Deus omnia faciat propter semetipsum *למענהו* Buxtorf. in Concord. reddit: Propter responsum sui. Id quod cum Th. 25. in Paulo Anti Calviniano evoluerim, ne actum agere videar, hîc non repeto. Jam saltem lubet addere verba Taravii, qui in Psal. 6. Pœnit. p. 10. similem de hæc particulâ tenet sententiam: *למעני* notat redditionem cause, quæ cognata est radici *ענה* respondit; ut si quæras, cur Deus miseros homines salvat? respondendum esse noris, propter suam benignitatem & gloriam.

Exb. 4. Quod si itaque quæras, quidnam & hîc sit illud, cui servitus pro peccatore suscepta respondeat, idem respondeo, esse voluntatem Dei gloriosam, quæ Paulo dicitur *ἡ χρηστότης καὶ φιλανθρωπία* Dei Servatoris nostri, quâ (ex merâ gratiâ) mundum Tit. 3. 4. totum in malitiâ positum 1. Johan. 5, 19. & adhuc Dei inimicum

Rom. 5, 10.) *sic dilexit* (Paulus vocat amoris divini commendationem Rom. 5, 8.) *ut Filium suum unigenitum dederit* (pro nobis in mortem Rom. 8, 32. per quem & in quo mundum sibi reconciliasse dicitur 2. Corinth. 5, 18. 19,) *ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam eternam*, Johan. 3, 16. Sicut & ipse Christus *ἕτοιγόν τὸ θέλημα* hoc illam ipsam voluntatem Dei Patris appellat, Johan. 6, 40. & Paulus hanc voluntatem per apparitionem Salvatoris nostri Jesu Christi *ἡν παρέπεμψέντων*, nunc dilucidè manifestam 2. Timoth. 1. v. 10. *πρὸ χρόνων αἰώνων*, antè tempora vero hujus seculi seu ab æternis seculis fuisse, contestatur vers. 9. cap. laud. *Qui, inquit, nos salvavit & vocavit vocatione sanctâ non secundum opera nostra, sed κατ' ἰδίαν πρὸ θεοῦ suum ipsius propositum, & gratiam datam nobis in Christo ab æternis seculis; & gloriatur Ephes. 1. Deum nos in Christo elegisse antè jacta mundi fundamenta, vers. 4. secundum beneplacitum voluntatis sue, v. 5. in laudem gloriose gratie sue v. 6. Confer Rom. 3. v. 24. 25. & 26.*

Ex 5. Ad hoc igitur voluntatis divinæ beneplacitum perficiendum, uti Christus ipse animo venit lubentissimo, Pl. 40, 8. Hebr. 10, 7. 8. 9. 10. ita hoc loco eò respiciens non propter bona opera Populi, sed *ad responsum sui*, peccata ipsorum delevisse protestatur, uti & ipse Lira hæc verba ad nostrum votum interpretatur: *Qui deleo iniquitates tuas propter me*, id est, ex misericordiâ meâ & caritate, & non propter tua merita, ideò subditur v. 16. *reduc me in memoriam* scil. alicujus meriti, propter quod deberem talia pati, quasi dicat, non potest.

Ex 6. Quum igitur Textus hic omnia prorsus excludat merita, nec tam de eò quid Deus *ex nostrâ parte* requiri velit, quàm quid *ex parte suâ* paraverit, paratumque offerat, loquatur. Hugo Grotius Scholio suo Textum hunc minus solidè declaravit, addens: *Ex meâ bonitate pœnitentiâ vestrâ contentus priorum non recordabor.* Sed de hac gratiâ, quæ prorsus est indebita vid. Ampliss. Domini Præsidis Triadem Disp. de Indeb. & Univerl. Gratiâ publicè Wittebergæ Anno 1636. & 1638. habitam.

Forma hujus Servitutis indigitatur, quando ea laboriosa esse dicitur. Quos labores cap. LIII. Esa-

Esaiæ explicat, uti & ipse Paulus Philip. II^o hunc
Servitutis statum tum ratione gloria, quâ se ab-
dicavit, tum ratione miseriæ, quam in se deriva-
vit, describit.

Exd. 1. Hic non solum Filius Dei se ex merâ gratiâ pro pec-
catis delendis è divinæ Majestatis throno in humillimam servi-
tutis humanæ conditionem descendisse fatetur, sed & illius for-
mam & modum, quod in eâ multos labores & dolores exhausit, *in Psal. Pœ-*
describit, *descendit à rad. V^o qua secundum Tarnovium nit. Ps. 6.*
græco κοπιῶν respondet, & notat, ex labore summam molestiam ca-
pio, eo planè delassor ac velut confringor; vid. Psal. 69. 4. Eccles. 1. 8.
Matth. 11, 28. Hinc in Hiphil (Iod in Vav mutato per Can. CIX.
p. 48. Medul Baldov.) fit *h. est, fecit ut alius maximoperè la-*
borarit seu laboribus alterum enervavit. LXX, versio v. 23. nostri
Prophetæ interpretans adhibet Phrasin ἕκαστος ποιεῖν, h. est, ejus-
modi laborem maximum (ἐν Propositione ἑκάστου addente.) qui
corpus vel animum *lædit, vulnerat & obtrundit alicui facere*
seu præbere. Confer 1. Petr. 3. v. 7. ubi verbum ἕκαστος secundum
Schmidii sententiam in Concord. potius quam ἐκαστος leg-
gendum. Et sanè ejusmodi laborem, qui ipsum corpus sanctis-
simum vulneravit, guttas sanguineas expressit, quoque anima
Christi *πεταρταῖς seu maximâ perturbatione percussa est,* Johan.
12, 27; Salvator noster in Passione exhaustus, prout Litæ Scholion
vicissim nobis succenturiatur: *Præbisti mihi laborem, id est, fui-*
sti mihi occasio, ut laborem Passionis sustinerem.

Exd. 2. Quomodo verò Messia nostro & Servo Dei justo in
Passione laborandum fuerit Esaias cap. LIII. tum v. 11. *nervosè ex-*
primit, asserens, quod ἔργον seu auxilio illo labore, (quo laborem
homini ob transgressionem in horto Eden impositum à maledi-
ctione exemit) *anima sua videbit (scil. בְּיָמָיו in bonum seu bonum,*
&) *saturabitur (ad abundantiam & exsuperantiam laboris sui*
fructus percipiet) *tum etiam ordine recenset (a) formam deformem*
(colaphis lividam & sanguine obfuscatam) v. 3. (b) statum abje-
ctissimum, quem etiam hominum vultus ferre non poterat, v. eo-
dem (c) onus susceptum, v. 4. 11. & 12. (d) plagas à Deo incussas

v. 4.



v. 4 7. 10. (e) vulnera v. 5. (f) reatum v. 5. & 8. (g) deductionem ad mortem v. 7. (h) summam anxietatem v. 8. (i) mortem denique ipsam v. 8. 11 & 12. (k) & sepulturam v. 9. Ubi in fontibus profundæ emphasæon divitiarum, succusque suavissimus habetur, quem cum jam olim Anno 1634. sub hoc Ampliss. Dn. Præside Magnificus Doct. Wellerus Meccenas meus æviternum honorandus in Dilp. emedullarit, eaque fere omnium manibus teratur, eò Lectorem remittendum esse censeo.

Vide Q. 2. Text. Exh. 3. Ut autem Christi Testimonium Matth. 20. 28. pio venerans silentio, statim ad locum Philipp. deveniam in eo servilem Christi statum *duplici* modo describi assero. 1. Ratione *Glorie divine* quâ se abdicavit. 2. Ratione *miseriæ humanæ* quam subiit. Quem Textum sanè difficillimum ut eò diligentius eruiam, ac enodem, præsuppono jam textum hunc loqui non de λόγῳ ἀσάρκῳ, quando οὐδὲ ἐγένετο, Johan. 1. 14. sed ἐν σάρκῳ seu non de Filio Dei incarnando, sed de eodem jam incarnato quod inferius in Quæstionibus Textualibus, evincam. Hoc præmissis non parva jam difficultas refecanda est, quæ in ipsa Phrasæologiâ rectè percipiendâ delitescit.

Exh. 4. Explicandum igitur est Primò: Quid sit *esse in formâ Dei*. Sunt (α) qui per formam Dei accipiunt *immediatè ipsam Dei essentiam*. ut forma alioquin in Philosophicis usurpatur; quam acceptionem plurimi Calvinianorum, ceu partibus suis faventem amplexantur. Verùm R. (1.) Si Scripturam (cui ancilletur Philosophia, nec ex suo cerebello ipsi præscribat Dominæ, quo sensu Sacram interpretetur Phrasæologiam) excutias, in eâ nunquam alibi, etiam in compositis, *ipsam essentiam* denotat, sed *semper accidentia & qualitates*, uti probè observavit Menzerus in Relp. seu Anti-Martinio pag. 481. quod ex ipsâ Concord. evolutione patet. (2.) Id quoque ex hõc contextu clarescit, cum se hâc μορφή exinaniverit, quod de naturâ divinâ dici nequit. Uti & (3.) è Servi forma assumta, quod vicissim non de naturâ humanâ sed conditione abjectâ intelligendum venit, cum hunc statum ad finem perductum exaltatio (quâ Christus Dominus factus est Actor. 2. 36.) subsequuta fuerit v. 9. 10. 11. (β) Hâc autem deterior adhuc est illorum sententia, qui *statum & gestum divinum sine*

sine Essentia divina connotatione, accipiunt, uti quidem Ostorodus *Inst. Germ.*
nugatur, cum talis Dei formitas, quæ fundamento essentia & glo- *cap. 19.*
riae divinae caret, peccaminosa sit, Solo Satana & ejus squamis di-
gna. Nec huc torqueri possunt verba Lutheri: Gestalt Gottes *In Explic.*
heisset daher/ daß sich einer stellet als ein Gott/ und auch also geber- *Epist. Paul.*
det/ oder sich der Gottheit annimmt und unterwindet/ welches ge- *p. 232.*
schicht nicht heimlich bey sich allein/ sondern gegen andere die dersel-
bigen Geberd oder Gestalt gewahr werden; & paulò antè: Göttliche
Gestalt kan hi nicht eben heissen/ sein Göttlich Wesen; denn das *p. 232. f. 2.*
Göttliche Wesen kan niemand sehen / aber die Gestalt sahe man;
Et paulò post: So haben wir diesen Text/ meyne ich/ fast klärtlich/ *p. 233. f. 2.*
daß Göttliche Gestalt nichts anders sey / denn sich erzeigen
mit Worten und Wercken gegen andere/ als ein Gott und HERR.
Nam R. ipse confitetur Christi Deitatem paulò antè hisce verbis:
Weil derselbige (Christus) ist ein unendlich Gut/ und Gott selb- *p. 232. f. 2.*
sten/ item: Wiewol nun das wahr ist/ daß Christus wahrer Gott
ist/ ergo iis verbis non ipsam essentiam divinam excludit, uti Spi-
ritus Photinianus errat, sed saltem ista verba *immediate* de essen-
tia accipienda esse negat. Id quod non clarius, quàm ipsius ver-
bis lucem huic rei accendentibus declarare possum; Man findet/ *p. 232. f. 2.*
inquit, wol das Wesen ohne Geberde/ (uti prima posset accipi
sententia) wie wiederumb das Geberde ohne Wesen/ (quomo-
do Photiniani delirant) und zuletzt das Wesen sambt den Ge-
berdē mit einander. Als wo sich Gott verbirget/ und lesset sich
nicht mercken/ da ist Göttlich Wesen/ aber kein Göttlich Geberden/
als er thut/wenn er zönet / und seine Gnade entzuecht. Aber wenn
er sich mit Gnaden erzeigt/ da ist beyde das Wesen und das Ge-
berde. Aber das ander kan er nicht thun/ daß er sollte Geber-
den wie Gott/ und doch nicht so seyn/ oder das Wesen nicht
haben / sondern das gebiert dem Teufel und den seinen zu/ die sich
an Gottes statt setzen/ und stellen sich als Gott/ so sie doch nicht Gott
sind/ etc. Ergo hæc verba: Nichts anders/ nichts eben/ deter-
minatè de immediato verborum sensu accipienda sunt.

Ex J. 5. (γ) Sed Forma Dei significat *statum divinum glo-*
riosum, cum essentia connotatione; statum in casu recto, essentiam in

D

casu

Anti Mar-
tin. p. 480.

In explic.
Ep. Paulin.
p. 233. f. 1.

p. 69.

In Christo
Joh. p. 189.

p. 289.

casti obsequio, ...
cem foenerant. Ex quo Phrasis esse in Forma Dei significat esse in
equali statu glorioso cum Deo, ad quem Christus secundum huma-
nam naturam propter unionem personalem pervenit. Neque
absurdum, inquit Menzerus, videri debet τὸ in Formā Dei esse re-
ferri ad Christi humanitatem, quæ subsistit ἐν αὐτῷ λόγῳ, in ipsā Fi-
lii Dei personā, ac proinde jam in statu majestatis (loquitur de Chri-
sto jam exaltato) verè obrinet gloriam divinam. Vocabulum
verò ἐν ἀρχῶν suā non caret emphasi; Non enim dicit; Chri-
stus timebat formam Dei, sed erat, erat in formā Dei. Unde
Lutherus nervum pulchrè attendit: Christus war in Göttlicher
Gestalt/ das ist/ Er hatte das Wesen sambt dem Geberde. Denn
Er nahm solche Göttliche Geberde nicht an/ wie er die Knechts Ge-
stalt annahm/ sondern Er war/ Er war/ Er war/ sage ich/ drin-
nen. In dem Wörtlein War ligt die Macht, daß er das Göttliche
Wesen hatte mit und sambt der Göttlichen Gestalt/ als solt er sa-
gen: Man findet viel die da Göttliche Gestalt annehmen und sich
unterwinden/ sie sind aber nicht drinnen/ wie der Teufel/ Ende
Christ und Adams Kinder thun / &c.

Exh 6. Sed objicies Christum ab incarnationis initio, in sta-
tu scilicet Exinanitionis constitutum, non dominatum esse secun-
dum carnem omnibus creaturis, sed reservatum fuisse regnum istud po-
tentia in aliud, ut ad dextram Dei & à dextra Dei Christus exaltatus
omnia in cælo & terrā gubernaret, uti Apologia Decis. Sol. loquitur.
Verum R. hæc sumi de actu primo seu de ipsā potentiā, quā actum
secundum exercere potuit, quandoquē ipsi complacuit, sicut
& frequentius (licet extraordinariè) ejusdem stricturas emisit.
Hinc Danhavverus inquit: nec absurdum sit τὸ ἐν ἀρχῶν poten-
tialiter exponere, qui ratione humanitatis poterat gloriosum se exhi-
bere actu secundo. Adde & hoc nō insolens esse Scripturis verba a-
ctum secundum exprimentia pro iis, quæ actum primum signifi-
cent, poni. Videas mihi saltem Joh. 1, 9. & Can. generalem Glas-
sii in Philolog. Sac. Lib. 3. Activum verbum quandoq; non κατ' ἐν-
εργειᾶν, sed κατ' ἐξιν intelligendum: seu non effectivè semper, sed quan-
doq; habitualiter significat.

Exh

Exh. 7. Secunda Phrasis est τὸ ἴσα εἶναι Θεῷ, de quâ vicissim
 sententiarum datur diversitas. Nonnulli vertunt hoc nominali-
 ter, ut τὸ ἴσα εἶναι ponatur vel ἑλληπτικῶς pro ταὶ αὐτὰ εἶναι ἴσα Θεῷ,
 ea quæ ipse possidebat, esse equalia Deo, vel ἐναλλακτικῶς ἴσα pro ἴσων,
 hoc est, equalium esse Deo, esse ἰσότιμον Θεῷ, pro quâ Phrasi haben-
 tur. Exempla in Glasii Philolog Sac. lib. 3. Nonnulli verò ex p. 92. seqq.
 plicant adverbialiter τὸ ἴσα εἶναι τῷ Θεῷ, pro ἴσως seu equaliter esse
 Deo, se gerere quomodo Deus. Et ita Neutra apud Græcos pro Ad-
 verbis frequentius ponuntur. Harum explicationum neutra
 difformis est. Prior explicanda venit de divinâ Christi naturâ,
 quò etiam rectè refert Gerhardus istam sententiam exosculatus,
 & addit: *Id magis emphaticum esse, si statuatur τὸ εἶναι ἴσα simpliciter*
positum esse pro nomine ἰσότητος in Exeg. Posterior humanam p. 1492.
 Christi naturam respicit, quod etiam in eâ vi unionis personalis
 se equaliter Deo gerere potuerit, & hanc collaudat Apologia De-
 cif. Sol. scribens hunc in modum: *Neq; enim beatus Apostolus di-* p. 614.
xit, Carnem Christi vel ἰσῖα vel ἐξῖσῖα Deo equalium esse; Consilio
quoq; ab hac Phrasi abstinuit τὸ εἶναι ἴσων Θεῷ, esse equalium Deo, sed
adverbium ἴσα (ἰσως) equaliter adhibuit, ut se non tantum ταυτότη-
τα vel ταυτὸ quiddam, sed tantum ποιότητα, vel τοῖς τοῖς innuere signi-
ficaret. Imò ut magis magisque Admonitorum collectionem
 retunderet, subiecit hanc Regulam: *Quod à locutione beati Apo-*
stoli concretivâ ad Phrasin Dominorum Admonitorum abstractivam,
& à sensu beati Apostoli adverbiali ad sensum ipsorum nominalem vi-
riosa fiat consequentia. Et hæc etiam nobis aridet, cum ita tex-
 tûs συνέπειæ magis coherere videatur.

Exh. 8. Tertia Phrasis est ἡ ἀρπυγὴ. Hoc vocabulum fa-
 cilius enodari poterit, si Diaboli superbiam, & Protoplasto-
 rum lapsum, cujus expiandi gratia Mediator venerat, expende-
 ris. Hi enim antiquo serpente suggerente cum Deo equalium
 scientiam & in imperio potentiam captantes ac raptantes, è statu
 felicitatis in miseriarum pelagus, mortis nimirum naturalis, spi-
 ritualis, & æternæ barathrum se cum omni posteritate egerunt
 præcipites. Ex hoc ut nos liberaret Dei Filius, & per obedientiam
 suam multos constitueret justos, illo actuali Dominio, quod tamen
 jure tenebat, se evacuabat, servili formâ assumptâ. Rom. 5, 19.

pag. 238.
lib. 3. Gram.

Exb. 9. His enucleatis quaeritur porrò, an particula *Non* propositionem *infinitam* (scil. ratione praedicti) an verò *negativam* constituat? Qui *negativam* arripiunt, illi particulam *Non* ad *verbum* ἡγούτο referunt, & Phrasin hanc in faciem exponunt: *Non arbitratus est aequaliter esse Deo esse rapinam, seu instar rapinae, quae conscientia meticulosa & ne iterum perdatur sollicita possidetur.* Ita explicat Danhavverus in *Χριστολογία* pag. 190. & Glassius in *Philolog. Sac.* Licet in hoc à Danhauero discrepet, quod Phrasin hanc: *non arbitratus est rapinam, hoc est, non rapuit, seu instar rapinae usurpavit, interpretatur.* Id quod deinceps verbis Chemnitii sic dilucidat: *Cum Filius à Patre missus est in carnem, ut in eam talem subjectionem & obedientiam pro nobis prestaret, noluit praeter vocationem & antè tempus rapere usurpationem & ostensionem divinae potentiae & operationis in assumpta & per assumptam naturam, sed exinanivit se &c.*

Exb. 10. Qui *infinitam* malunt, illi referunt ad ipsum nomen ἄρπυγός, penes quod proximè ponitur, & juxta hanc resolutionem ille sensus tandem emergeret: *Jesus Christus in glorioso divinitatis statu existens arbitratus est (illam sapientiam & potentiam divinam) esse non rapinam scil. ejusmodi, qualem Protoplasti commiserant, & quam ipse expiaturus erat, ac consequenter illam potentiam à se optimo jure & conscientia optima, nempe vigore unionis personalis obtineri statuebat. Tamen exinanivit se sc. illa gloria, quam non rapinam censebat. Ubi & hoc notandum est particulam *Non*, quidem *negare* rapinam *formaliter*, & illud quod est per rapinam acquisitum, sed *consequenter* ponere illud, quod meliore titulo, videlicet hoc in loco, unionis personalis jure possidetur.*

In Exeg.
p. 1491.

Exb. 11. Neutra quidem harum propositionum sensu ab altera differt. Posterior tamen Gerharo plenior & facilius videtur. Quam etiam eò libentius sequor, & defendo, quum jam olim eam à Praeceptore meo fidelissimo Dn. Doct. Henrico Hôpfnero ἡγούτο in privatis didicerim Collegiis, è Concordantiis jam simul coactus, vocum infinitarum (licet in comparatione minor sit copia) in divinis literis non esse insolentiam. Confer Act. 13. 46. cap. 19. 11. cap. 28. 2. Rom. 4. 12. c. 8. 18. Gal. 4. 8. &

& 27. & in hâc Epist. ad Philip. cap. 1. 16. cap. 3. 3. &c. & particu-
lar *ἀλλὰ* ab ipso etiam Luthero alibi per *tamen* doch exponi,
2. Cor. 4. 16. cap. 11. 6. cap. 13. 4.

Εκθ. 12. Jam sequitur hujus gloriæ quoad *actum secundum
evacuatio seu exinanitio*. *Ἐκένωσεν εαυτὸν*, hoc est, evacuavit se
ipsum, non secundum divinam naturam, in quâ *ὄν ἐνι ᾧ ἰσχυρῶς*,
ἢ τροπῆς διοικήσεως, sed secundum humanam naturam. Ver- Jac. 1, 17^o
bum autem *ἐκένωσεν* non (*α*) explicandum est de tali *evacuatione*,
ubi cum actu secundo ipse actus primus ab aliquo removetur, qualis
forsan *evacuatio* contingeret in vase vini pleno, si vinum ex eo
in aliud transfunderetur. Nam Christi humana natura cum di-
vinâ semper unita permanet, sicut & in medio exinanitionis sta-
tu potentia suæ radios quandoque emisit. De quibus tota Hi-
storia loquitur Evangelica. Neque etiam (*β*) de *nudâ occultatio-
ne*, nam juxta *Apologia defensionem* ma è *evacuatio cum absconsione*
confunditur; hæc namq; quoad *occultatam κτήσιν* locum habeat, illa p. 678.
verò quoad *evacuata universalem & incessantem χρῆσιν*. Toto ge-
nere enim differre una ab altera, vel manibus palpatur, ita quidem ut
ubi est vera *κενωσις* vel *Exinanitio*, ibi protinus omnis *expiret κρυψις*
vel *occultatio*. Quod enim *ἀληθῶς* exinanitur aut evacuatur, illud
nec tegi, nec obvelari vel occultari potest. Sic Sol quando nubibus
nostro intercipitur visui, occultari quidem, non verò evacuari
dicitur.

Εκθ. 13. Sed (*γ*) *ratione actus secundi seu operationis ipsius*,
quæ suspenditur. In quò sensu passim in divinis literis usurpatur;
ut de cruce Christi 1. Cor. 1, 17. de gratiâ divinâ 1. Cor. 15, 10. *ἢ χά-
ρις ὁ κενὴ ἐργασίη, ἀλλὰ περισσότερον αὐτῶν πάντων ἐκοπίασον*; de
labore 1. Cor 15, 58. de adventu Pauli fructuoso 1. Thess. 2. 1. de ipso
verbo Dei Esa. 55. 11. in quibus quidem *actus secundus*, non verò
actus primus negari potest. Ut & ipsum vocabulum *vacuum*, illi
quod *plenum* est opponitur. Illud itaque, *Apologia* definiente, p. 665.
quò se *Christus juxta carnem evacuasse dicitur*, nihil aliud est, quàm
usurpatio universalis & continua communicata Majestatis divinæ,
&c. quâ *Christus se abdicavit*, atq; adeò etiam quoad *externam ope-
rationem*, & *universale regimen se exinanivit forma servi assumpta*,
cum quâ incessans & universale omnium creaturarum simul & semel,

eodem tempore, & in eodem statu Dominium consistere non potuit.
Consule ea quæ c. l. nervosè monentur.

Exb. 14. Evacuavit autem se Christus 1. *Gloria sua usu*, Joh. 17, 5. 2. *opulentia*, Matth. 8. 10. 2 cor. 8. 9. 3. *Omnipotentia*. 4. *Omnisapientia*. 5. *Omnipresentia*. 6. *Cultu adorationis*, cujus plenario usu status exaltationis in hoc capite 2. v. 9. 10. & 11. describitur. De quibus cons. Dn. Doct. Danhavverum à p. 201. ad 207. in *Christosophia* cum primis verò Dn. D. Feuerbor. in *κνωσιγραφία*.

Exb. 15. Quod si verò *miseriam*, quâ se involvit Jesus Christus, spectemus, ea quatuor verbis effertur. I. *ἡμεῖς τῆς μορφῆς δούλου*. Textus habet: *μορφὴν δούλου λαβών*. Per formam servi non intelligitur *principaliter ac immediate* ipsa humana natura, uti ille

In Ubiquis.
Triumphata.

p. 83. & seq.

Servus non Servus Christi cum aliis Calvinianis hariolatur, sed notat qualitates ac infirmitates unoque verbo abjectum statum, Dominio oppositum; cum hîc (1.) *Jesus Christus* dicatur servilem formam induisse, quod nomen cum sit *συνθετος* seu Dei Hominis, illud loco subjecti poni nequit, alioquin hæc formaretur propositio: *Jesus, id est, Deus homo* assumpsit humanam naturam. Nec obstat locus 1. Johan. 4, 2. nam in fontibus non habetur, *venire in carnem*, sed *ἐλθὲν ἐν σαρκί* seu *venire in carne*, quod de totâ salutis nostræ *οικονομία* à Christo suscepta pulcherrimè explicat Glassius

Lib. 3. Phil.
Sac. Gram.
p. 527.

contrariam sententiam retundens. (2.) Idem patet ex *συναφίαι* contextus, in quò exinanitioni Christi, (quâ servilem figuram assumens obediens factus est Patri usque ad mortem, & sic revera suum vaticinium implevit Matth. 20. 28.) opponitur *ὑπερφωσις* seu *superexaltatio*, in quâ Deus *ἐχαρίσθητο*, seu *ex gratia dedit* ipsi nomè super omne nomen, v. 9. 10. 11. ut ita is qui in servili repebat

Act. 2. 38.

p. 1493 & seq.

statu, reverà Dominus factus dicatur: *ἀσφαλῶς* firmiter cognoscat *omnis Domus Israël*, quod Dominum & Christum ipsum Deus fecerit *hunc ipsum Jesum ἔτον τον Ἰησοῦν, quem vos crucifixistis*. Plura arg. habes in Exeg. Gerh. quibus rectè percognitis ad adversariorum argumenta facilè respondere poteris.

Exb. 16. Et hæc explicatio apprimè statum exinanitionis declarat. Nam omnium rerum Dominus ac creator in exinanitione suâ non tantum servis, qui proprium non habent peculium, sed etiam creaturis irrationalibus, aviculis ac vulpeculis factus est

καταγενομενος, ματθ. 8, 20. a Judâ proditore triginta argenteis
venditus Luc. 22, 5. à Pilato ceu nullificamen, uti Tertullianus lo-
quitur, populo donatus Luc. 23, 24. contemptus, flagellatus & tan-
dem etiam servorum supplicio, cruci nimirum affixus.

Εκθ. 17. II. Describitur ὁμοίωσις seu assimilatione. Tex-
tus ita habet : ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος. Dicitur Chri-
stus assimilatus non *viris*, sed *hominibus*, qui in Scriptura frequen-
ter homines inferioris conditionis denotant, uti hoc ad oculum
patet ex oppositione Psalm. 63. v. 9. utique vanitas Filii hominis
כִּנּוּיִם D. Luth. Aber Menschen sind doch ja nichts. Menda-
cium (sunt) Filii Viri שׁוֹנֵי־יְיָ D. Luth. Große Leute fehlen auch.
in *stateris* non nisi *ascendere* possunt. Græcum vero ὁμοίωμα non
similitudinem *essentialem*, sed *accidentalem* *primario* & *immediate*
semper in Scripturis denotat ; intelligitur itaque conformitas
vitæ in operationibus naturalibus ac infirmitatibus, quibus ho-
mines in communi vitâ redduntur obnoxii. Cum primis verò
hoc accipiendum est de *ipsis affectibus*, quibus modò cordis fibræ
dilatantur, modò coarctantur, uti hoc ex cap. 2. Hebr. clarescit.
Nam cum v. 14. & 16. docuisset Apostolus Filium Dei ὁμοιω-
σίουσ carnis & sanguinis participem factum esse, & ita Semen A-
brahæ assumisse, pergit deinceps ad qualitates, & affectus Christo
cum aliis hominibus communes verl. 17. unde debuit κατὰ πάντας
ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι. in omnibus fratribus *assimilari* ; Præcipue
verò in tentationibus verl. 18. in quibus per omnia καθ' ὁμοιότητάς
secundum similitudinem & ipse tentatus est, sine peccato tamen, ut
nobiscum συναπαθῆσαι seu *communem doloris ac affectuum partem*
habere posse, Hebr. 4, 15. & sic misericors ac fidelis sacerdos fieret
&c. cap. 2. v. 17. Quod si Phrasin hanc ἐν ὁμοιώματι γενόμενος per
æquipollentem explicare cupias, posses eam sic reddere : ὁμοιος
τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις γενόμενος, uti Camerarius vult, qui hanc
Phrasin πλεονάζουσαν τῆ ἐβραϊδι διαλέκτω in notis ad hunc locum
vocat. Filium Scripturæ teqvutus adhiberem vocem ὁμοιοπαθῆς,
quæ ejusmodi affectuum similitudinem satis venustè depingit ; &
ita legitur hæc vox Act. 13. 14. Jac. 5. 17.

Εκθ. 18. III. Delineatur χῆμα. Textus ita sonat : Καὶ χῆ-
ματι ευρεθεῖς ὡς ἀνθρώπος. χῆμα usurpatur in Scripturis pro
con-

conversazione, & actionibus, quibus homo homini ceu animal politicum se conformat. Id quod ex Phraſeolog. à illi pulcherri-
mâ potes conjicere, quando Apoſtolus Paulus interdicit Chri-
ſtianiſ *μη συχνηματιζετε τω αιωνι τωτου*, cum hoc ſeculo non unum
ſchema vel larvam mundanam induere, quod idem prohibet Pe-
trus 1. Petr. 1. 15. & alibi Paulus Corinthioſ à mundano amore re-
vocaturus, *το χιμημα τοδε κοσμου ωδραγειν* dicit 1. Cor. 7, 31. Et tale
ſchema à Chriſto ſuſceptum ita Phariſaeorum perſtringebat ocu-
loſ, ut Filius Dei ipſiſ audiret *φάγος και ονοπότης*, *amicus publicanorum & peccatorum* (noteriorum) Confer Luc. 7, 34.

Εκθ. 19. IV. Depingitur Status iſte ſervilis *ταπεινωσει υποτακτικη*, de qua noſter Apoſtolus ita ſcribit: *εταπεινωσεν εαυτον, γενόμενος υπο ηκουσ μέχρι θανάτου, θανάτου δε στυγρου. Ταπεινός* nonnullis Grammaticiſ dicitur quali *εδάφεν*, ab *εδάφος* ſolum, *pavimentum*, quod ejuſmodi *homo lumbi* repat, nec altiora ſpirans a alioſ præ ſe contemnat. Et ita *humilis* quoque corde erat noſter Salvator, Matth. 11. 29. qui ex mero amore, cum eſſet Filius Dei unigenitus, & ſecundum humanam naturam etiam ad infinitam gloriam propter unionem perſonalem perveniſſet, tamen ad noſ è terrâ & pulvere formatoſ deſcendit, ſuorumque dicto audiens fuit, uti Lucas cap. 2. v. 51. commemorat: *ην υποτακωσ ουενος αυτοιſ*. O profundam Jeſuli noſtri humilitatem, cui Pater *υποεταξεν υποκατω των ποδων αυτου*, pulchro ordine ſubjecit omnia ſub pedibus ejuſ, nec quicquam reliquit *αυποτακτον*, ille in ſtatu Exinanitioniſ ita ſe ſubmittit parentibus, ut ab eorum nutu ac voto pendeat.

Heb. 2, 8.

Matth.
26, 38.

Εκθ. 20. Cum primis verò *υποηκουσ* fuit & dicto obediens ac ſubjectus Patri coeleſti tempore paſſionis, cum undiquaque anima ipſiuſ obrueretur triſtitiâ, quando voluntatem ſuam paternæ voluntati ſubjecit. Undè Paulus addit; *Eum obedientem fuiſſe μέχρι θανάτου*, uſque ad mortem; Ubi hæc particula non tam *extenſivè*, quoad durationem ſumenda eſt, multò minùſ quaſi cum morte deſierit obedientia, quam *intenſivè*, ratione obſequii *maximi*, quod ipſa mortis etiam violentia, terribiliuſ omnium terribiliſſima ſuperari non potuit. Imò ut ſtimuluſ in animiſ relinquat acriorem, vocem mortis reperit, eamque ſpecificat: *Μορ.*

Mortem verò crucis; Quæ mors omnium ignominiosissima & atrocissima censetur, prout hoc ipsum Gerh. in Harm. Evangelist. de Pass. Christi pluribus probatum reddit.

Exod. 21. Quod si verò hunc exinanitionis statum in certos actus distributum ad compendium redigere satagas, ad Symboli Apostolici filum 1. egenam nativitatem, 2. Passionem, 3. mortem, 4. sepulturam pertexendam sumes. Quæ omnia si singulatim percurrere nostri animi ferret lubentia, & chartæ & temporis excluderemur penuria, prolixius hæc Gerh. in Exeg. Feuerborn. in *Κενωσιγενεία*, Danhauerus in *Χριστοσφία* persecuti sunt. Uti & nuper de *Passione* ceu actu hujus Exinanitionis facile primariò Amplis. Dn. Superintendens & Senior Facult. Theol. Patronus ac Præceptor meus semper devenerandus Disputationem divulgavit publicam, quæ adhuc in Studioforum animis hærebit.

p. 482.

Causa Finalis laboriosæ hujus servitutis est peccatorum nostrorum deletio illorumque ob-

Thef. VII.

Exod. 1. מָחָה cui affine est græcum ἐξάλειψω à LXX. versione adhibitum, propriè significat *eradendo atque abstergendo aliquid delere*, uti accipi videtur, 2. Reg. 21. וּמָחָה אֶת-יְרוּשָׁלַיִם כְּאֲשֶׁר וּמָחָה אֶת-הַצִּלְחָת מִחֶה וְהִפִּד עַל-פָּנָיָהּ hoc est, & *delebo* (ablucendo, seu detergam) *Jerusalem, sicut (homo) detergit scutellam & vertit in faciem ejus*. D. Luth. sensum respiciens ita transtulit: *Und wil Jerusalem ausschütten/ wie man eine Schüssel ausschütet und wil sie umbstürzen*. Sic etiam usurpatur *de abstersione lacrymarum*. Esai. 25, 8. *de deletione literarum & Scripturae* Exod. 32, 32. & 33. ubi illud, quod oblivioni mandandum est, eradendo vel abstergendo deletur.

v. 13.

Exod. 2. Id quod singulari cum gratia ad peccatorum deletionem seu remissionem accommodabis, quæ vel à nobis vel à Deo scribi dicuntur; à nobis; quoties enim peccatum designamus, toties, ut scribit Alvarez in hunc locum; *Scribimus & assignamus illud chirographum quod contra nos est*, Galat. 2. v. 14. A quò non abludit Phrasis illa apud Jeremiam, quando Deus Judæorum peccata, quæ nunquam oblitterabuntur, stylo ferreo scripta esse docet,

Cõment.

n. 207.

Jer. 17, 1.

E

hilce

p. 1565.

hisce verbis : *Peccatum Juda scriptum est Stylo ferreo, ungue adamantino*; D. Luth. mit spitzigen Demanten. Schindlerus in Lex. unguem adamantinum, uti communiter interpretes verba Hebræa *כַּסְפִּית בְּצִפּוּרֵי* vertunt, pro stylo ejusmodi sumit, hoc adjecto scholio : *Quia homo fodit seu scribit unguibus suis, comparatur stylus ferreus, quo homo fodit seu exarat ungui.*

Exd. 3. Quando igitur Filius Dei *χαρίζεται* seu ex gratiâ condonat prævaricationes nobis ad Coloss 2. 3. tum elegantissimè ex Phrasæologiâ Spiritus S. dicitur *ἐφαλειψας τὸ κατ' ὑμῶν χιρογράφον*, hoc est, *abstergendo delens Chirographum illud nobis adversum, ὃν ἡμεῖς ἐναντίον ἡμῶν, n. est, quod maximè nobis contrariabatur, & tollens è medio ac ipsi cruci affigens, v. 14.*

Exd. 4. Ex parte Dei verò tres præcipuè in Scripturis ipsi libri tribuuntur *Metaphorici*, in quibus Deus per *Metaphorum* vel à *Regibus* ac *Principibus*, qui subditorum beneficia vel malefacta suis inferri annalibus curant; vel à *creditoribus*, qui debita in suis rationum tabulis consignant petitam, hominum notare nomina dicitur. *Primus Liber est liber Providentiæ*, Psalm. 139. 16. *Alter est Liber vitæ* Psal. 69. 30. Phil. 4. 3. Apoc. 3. 5. *Tertius Liber est Judicii*, Dan 7. 9. 10. Apoc. 20. 12. & hic postremus Liber intelligitur, quando peccata nostra in Libro consignata dicuntur. Quoties enim peccatis nostris nostræ conscientiæ maculam inurimus; & sic malum nomen sumus, neque illud per pœnitentiam eluimus, toties peccata nostra in Libro judicii divini rigido notantur accuratissimè, ut ex illo aperto omnia crimina ad peccatoris confusionem & condemnationem in extremo prælegantur judicio v. 10. cap. 9. Dan.

1. Job. 1, 7.

Johan 8, 36.

Hebr. 10, 7.

Rom. 8, 17.

Exd. 5. Verùm hic intervenit mediator Christus Jesus, qui *exsolvit quod non rapuit* Psal. 69. 6. & sui sanguinis divini nos ab omni iniquitate mundatis litura nomen illud è Judicii Libro delet, & peccatorè, qui supremi judicis ære obstrictus jacet, nec ex carcere infernali prius dimitti debet, antequam extremum quadrantem exsolverit, *reverà liberat ὄντως ἐλευθεροῖ*, ut quem *servum* infernali carbone notandum *Judex* æternis flammis ustulare minatus est, ad eum *Pater cœlestis* ceu *Filium* feratur, eum in filium & hæredem Christi recipiat, ejusq; nomen amicissimum tum *libello*

libello memoria, (sc. specialis Providentiæ Mal. 3, 16.) tum libro vi
re ac ipsis cœlis inscribat.

Apoc. 3, 5.
Luc. 10, 20.

Exθ. 6. Tanta enim sanguinis Christi, melius loquentis
quàm sanguis Abelis est efficacia, ut non solum *reatum pœna* ex-
piarit Es. 53, 5. Rom. 5, 9. sed etiam *reatum culpa* sustulerit, (NB. in
fure v. gr. si ipsi condonetur vita à Magistratu, tollitur quidem
reatus pœna, manet tamen residuus *reatus culpa*, quo notatus in
corde suo de furto convincitur, & extrinsecus exprobrationes
formidare cogitur) dum conscientiam nostram peccatis inqui-
natam à mortuis purgat operibus, ut verò cum corde εν πληροφωρίᾳ
ad Deum accedere possimus abluti in cordibus nostris à malâ conscien-
tiâ Et quia Christus ουκ ἐπαυχῶνεται, non sibi pudori ducit nos
ita sanctificatos fratres suos vocare, idcirco & Spiritum υἱοθεσίας
seu filiationis accipimus, in quo clamamus, Abba Pater. Ille ipse Spi-
ritus mutuum simul prabet Testimonium, quod sumus Dei Filii, si verò
Filii, utiq; & heredes, heredes idem Dei, cohæredes verò Christi, Rom.
8, 15. 16. 17.

Heb. 9, 14.

Hebr. 10, 22.

Hebr. 2, 11.

Exθ. 7. Quæ beneficii magnitudo, ut nostris penitiùs in-
sideret animis, deletionem istam evidentiore Phrasi declarat: Et
peccatorum tuorum non recordabor. Dicitur autem Deus pecca-
torum non recordari seu oblivisci, non ratione divina omniscien-
tiæ, nam ita Deus major existens corde nostro omnia cognoscit, 1. Jo-
han. 3, 20. sed ratione memoria vindicativæ, ejus respectu nostra
peccata dicuntur *teſta*, Psal. 32, 2. *post tergum rejecta* Esai. 38, 17. &
in maris profunditatem demersa Mich. 7, 19. ut ita nunquam vicis-
sim *u'tricem Dei faciem* subeant, si modò & ipse homo Salvatoris
sui oblivione non capiatur. Et hæc de Theologo-Logico-Phi-
lologicâ ἀναλύσει, jam ad reliquas partes, in quibus brevitatem
mihi imperare à temporis jubeor penuriâ.

PARTIS THEORETICÆ MEMBRUM II.

Seu

Quæstionum Textum illustrantium
Πηλυσίς.

E 2

QÆST.

Quæritur: An hic Textus rectè de Filio Dei explicetur? Aff.

Εκθ. 1. Quoniam omnis Prophetiæ explicatio κατ' ἀναλο-
 Rom. 12, 6. γίαν τῆς πίστεως esse debet, & cum primis Prophetæ, qui nomen suum
 1. Pet. 1, 10. expleverunt, hoc est, Interprete Petro οἱ περὶ τῆς εἰς ἡμᾶς χάριτος
 προφητεύσαντες, magnâ cum industriâ inquisiverunt, & omnia quasi
 vestigia, in quibus de tantâ salute ageretur, legerunt (ἐξεζητήσαν
 καὶ ἐφερέυνθησαν) vers. 10. nuper laud. investigantes, quod & quale
 tempus Spiritus Christi in ipsis habitans manifestârit, qui suo te-
 stimonio prævenit Passiones Christo sustinendas (προμαρτυρούμενον
 τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα) vers. 11. nulla utique melior explicatio à
 nobis exigi poterit, quam si & nos istud de peccatorum remissio-
 ne loquens ad Christum applicemus, Prophetarum suffulti testi-
 moniis, & ad ipsam Tempus à Spiritu S. indigitatum, ac scopum
 præmonstratum attendamus. Hoc freti sic ex contextu argu-
 mentamur:

Act. 10, 43

Εκθ. 2.

Quæcunq; explicatio (1.) convenit cum Phraseologiâ Spiritui S. &
 præprimis Prophetæ Esaiæ de Messîâ loquenti familiarissimâ (2.)
 correspondet tempori. (3.) convenit cum ipso Scopo & συναφείᾳ
 Textus. (4.) explicatur aliis locis analogis, imò (5.) ipsam causæ
 arcem, remissionis videl. peccatorum principium formale expla-
 nat, illa est probanda, iisq; præferenda omnibus, quæ his desti-
 tuuntur. Atqui hæc nostræ (1.) convenit cum Phraseologiâ
 &c. E.

Εκθ. 3. Minor probatur per singula membra. Nam (1.) conve-
 nit cum voce ^{ἵνα} ^{ἵνα} ^{ἵνα}, hoc est, *servire fecit*, de qua Thesi II. egimus.
 (2.) convenit cum tempore Nov. Test. siquidem novum proger-
 minans opponitur veteri, cuius memoria sepelienda, v. 19. 18. 17.
 hujus cap. novus populus introducitur v. 21, & cultus ille Leviti-
 cus abrogatur v. 22. 23. 24. Confer cap. immediatè sequens, quod
 expressè de effusione Spiritus S. loquitur, & sic in N. Testam. Joh. 7,
 38. à Christo applicatur. (3.) similiter in aprico positum est, ejus-
 que illustratio è Thesi I. desumi debet; (4.) constat ex Esai. 42.
 col.

Matt. 11, 19.

figura inventus ut homo, amicissimâ utebatur hominum conver-
satione, usque adeo, ut illa φιλανθρωπία Medici cœlestis, quâ in-
firmos alliciebat à Phariseis in deteriorem partem raperetur, at-
que ab iis ut helluo, & Publicanorum ac Peccatorum (notorio-
rum) amicus traduceretur. Illi debebant *inane* gloriam (κενο-
δοξίαν) evitare, & ex humilitatis studio suo juri in honoribus re-
nunciare, seu, ut phrasi Paulinâ utar, alter alterum superiorem
estimare, (ἡγεῖσθαι) In hoc vicissim Christi præfulgebat exemplum,
qui etiam cœlesti gloria, quam εὐχάρπα γμὸν ἠγύσατο, seu Non
rapinam *estimabat*, sed quam jure unionis personalis sibi debitam
sciebat, sed tamen ea *exinanivit* v. 6. Illi hoc faciant τῆ ταπεινο-
φροσύνη, hoc est, ejusmodi *humilitate*, quæ vi nominis in pav-
imento jacere, seu humi repere dicitur. In hoc vicissim Christi
poterant insistere vestigiis. Ut enim Ille nos extolleret, & nostra
commoda non sua spectando παρέχοντας redderet, in servili
formâ incedebat, v. 6. 7. 8. Illi omnem contentionem fugiant
& potius alter alterius quærat commoda v. 3. 4. hoc vicissim quàm
maximè in Christo coruscabat, qui summa obedientia Patris
cœlestis voluntatem in humanæ Gentis reparandâ salute exple-
xit v. 8. (2.) Patet similiter è v. 5. ubi *Jesum Christum* appellat, quod
nomen ipsi secundum utramque naturam competit & per-
sonam σύνθετον seu Deum hominem significat. (3.) constat è v. 6.
superius explanato. (4.) & (5.) è v. 7. 8. (6. & 7.) è v. 9. 10. 11. Sed
de illis membris in ipsâ Textûs explicatione satis prolixè egimus.

Thesis X.

QUESTIO III.

An Phil. 2. Vocabulum δῆλος rectius per
Servum, an verò per Mancipium vertatur?

Aff. Prius Neg. Post.

Ex 9. 1. Ostorodus, quæ hominis Photiniani in hoc Textu
detorquendo & pervertendo vesana libido est, vocem Græcam
Δῆλος, non tam per germanicum Knecht/ quàm *selbeigenen*
Knecht oder Slaven/ vertendam esse contendens, inter alia hæc
spargit: Knecht aber heisse nicht so viel hier als ein Diener/ sondern
als Slave/ so wird auch dis Wort in heilliger Schrifft fast nichts
an

anders genommen / wie auch das Griechische Wort δούλος, welches durch das Wort / Knecht / im Deutschen gegeben ist / eben dasselbige bedeutet. Resp. Utut autem non negemus Christum durissimam servisse servitutem, & plusquam serviliter, aut (ut per *περομολογίαν* Rhetoricam adversario accedamus) in nonnullis instar mancipii tractatum fuisse, eundem tamen mancipium dicendum esse repugnamus; conditiones namque illæ, quibus mancipium formaliter ab aliis Servis etiam durâ servitute afflictis distinguitur, in Christum non cadunt.

Exd. 2. Nam (1.) mancipium dicitur quod manu capiatur, uti ejusmodi mancipium plerunq; est manu captum vel emptum vel ex capto emptore natum; Id quod de Christo nulla ex parte dici potest. Quando enim ille in formâ Dei existens statum Exinanitionis subiit, & sic formam servi suscepit, à nullo unquam captus aut emptus, aut ad illud perficiendum invitè coactus fuit; sed ipse sponte sua se dominatu suo exinanivit, ut *salvatione ex inimicis nostris & ex manu eorum, qui oderunt nos, prestaret*, Luc. 1, 71. atq; *Deo nos sanguine suo emeret*, Apoc. 5, 9. Sic etiam ille qui è Mariâ conceptus & natus est, non ut mancipium è servâ natum, sed ut *Filius altissimi & Salvator populi describitur*.

Luc. 1, 31. 32.

Matth. 1, 2.

Exd. 3. (2.) Mancipium formaliter sic dictum ex obligatione & necessitate tale habetur, atque sic coactè in hōc statu vivit, ut Dominus in illud jus vitæ & necis habeat. Sed hæc nequaquam ad Christum accommodari poterunt, utpote qui potestatem habeat vitam suam è semetipso ponendi vel sumendi, uti Johan. 10, 18. loquitur; Nemo tollit vitam à me, sed ego pono ipsam *ἐπ' ἐμαυτῶν*, unde & in Psal. 40, 9. non sibi invito hoc munus impositum fuisse asseverat, ut Icil. servitutem serviret durissimam, (ad quam mancipia trahuntur invita) sed, inquit, *ἡλικον* hoc est, summam voluptatem duxi facere voluntatem tuam, quæ non in illis sacrificiis V. Testam. offerendis, sed in *redemptione æternâ per Filii sanguinem inveniendâ* consistebat. Id quod etiam in nostro textu hisce verbis indicat: *Ego ego deleo peccata tua propter me*. Hostes verò Christi nullam super eum potestatem habituros fuisse, testatur, v. II. cap. 19. Joh. in illa cœlitus data ac permessa fuisset, à Patre videl, qui sic Filium suum pro generis hu-

Heb. 10, 4. 5.

6. 7. 8. 9. 10.

5. cap. 9, 12.

ma

mani salute affligi voluit. Cui accedit, quod is, qui hęc δδλος appellatur, alibi δδκονος vocetur, Rom. 15, 8. uti & Matth. 20, 28. & Marc. 10, 45. dicit, se venisse διακονησαι.

Exθ. 4. Cum primis autem ista verba subleſtæ habentur fidei, & Photinianorum argumentandi genus, hoc est, collectionem à particulari ad particulare produnt, so wird dis Wort fast nicht anders genommen. Quis enim in sacris adeò hospes ac infans est, ut ignoret vocabulum Hebr. נָדָב & græcum δδλος generaliter omnibus servis competere; Imò in specie etiam iis tribui, in quibus nil nisi spontanea servitus exigitur, quiq; expressè mancipiis contradistinguuntur. Sic Petrus 2. Petr. 1, 1. Johannes Apocal. 1, 1. Jacobus cap. 1, 1. & Paulus passim, uti & in hęc Epistola se & Timotheum honoris causa servos Dei cognominat. Quemadmodum & in Apocal. 7. 3. Electi Dei servi Dei dicuntur, qui tamen, cum stolas suas in sanguine Christi dealbarint, v. 14. ὄντως ἐλεύθεροι sunt Johan. 8, 36. Hos omnes si mancipia Dei, hoc est, coactè servientes dixeris, contradictionem in ipsius populi Dei definitione implicabis. Hic enim est populus spontaneus, unde Psal. 110, 3. dicitur נָדָב הָיָה הָעָם hoc est, populus tuus spontaneitates seu populus spontaneitatum est.

Exθ. 5. Tandem & hoc notandum est ipsos Patres negasse Christum fuisse servum, in sensu Arrianorum & Nestorianorum, qui Deitatem Christi inde conati sunt destruere, uti & Synodus Francofurtensis, in quâ Felicis error, qui statuebat Christum esse Filium Dei adoptivum, damnatus est, Augustini dictum citavit: Dominus noster etiam in formâ servi non servus, sed in formâ etiam servi Dominus fuit. Conf. Cent. 8. Magdeb. c. 5. & 9.

QVÆSTIO IV.

Thesis XI. Quomodo Deus Sacrificia rejicere dicatur, cum tamen ipse ea in Levitico præceperit?

Exθ. 1. Duplex in sacris habetur sacrificiorum abrogatio, altera secundum quid, altera simpliciter. Prioris fit mentio apud Esai. 1, 11. 12. 13. 14. & præprimis etiam apud Jerem. 7, 21. 22. quando Judæi ex opere operato saltem sua offerebant sacrificia, nec verâ fide Messiaë futuri sanguinem apprehendebant, cum tamen illa
hoc

hoc fine fuissent instituta, ut essent *σκια τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*,
Hebr. 10, 1. Conf. Hebr. 8, 5. cap. 9. 13. 14. uti & cum primis v. 24.
ubi illa Levitica vocat *ἀντιτυπία τῶν ἀληθινῶν*.

Exh. 2. Et hinc sacrificia non considerantur prout Deus ea of-
ferri voluit, sed prout ipsi obtulerunt, unde etiam saltem secundum
quid rejiciuntur, videl. *eatenus, quatenus* non secundum Dei in-
tentionem offerebantur. Posterior verò est *totalis* quando jam
Synagoga Judaica sepulta fuit, & jam facta est νόμος μετὰ θεοῦ,
Hebr. 7, 12. imò ἀθέτησις προαγῶσις ἐντολῆς h. e. depositio seu abro-
gatio præcedentis mandati διὰ τὸ αὐτῆς ἀδυνεῖς καὶ ἀνωφελεῖς, seu
propter illius infirmitatem & inutilitatem, verl. 18. Dicitur autem
illa Lex infirma, & cap 8, 7. *ὄχι ἀμεμπτός*, seu non reprehensi-
bilis, quia *Sacrificia* scil. *in se spectata non poterant tollere peccata*.
Hebr. 10, 11. & *hominem secundum conscientiam perficere*, Hebr. 9, 9.
Dicitur etiam inutilis scil. *non simpliciter*, sed *respectivè*, respectu
videl. perfectionis verl. 19. cap. 7. ubi jam Christi sanguine pro no-
bis effuso V. illud T. ἐγγύς ἀφανισμῶ, Heb. 8, 13.

Exh. 3. Pro diversitate objecti, diversa quoque intelligetur
abrogatio: quod si enim hæc verba Judæis *tum temporis viventibus*
opponantur, Deus illa secundum quid abrogasse & rejecisse di-
cendus est; cum noluerit ut ejusmodi sacrificiis absque fide obla-
tis defatigarentur, quasi ex ejusmodi servitute ad se beneficium
rediret, Psalm. 50, 9. 10. 11. 12. 13. sed potius ab illis exegerit, ut in
sacrificiis ad unicum sacrificium Nov. Testam. respicerent, & illa
servitute quam Filius Dei spontè sustinuit, inobedientiam suam
explarent. Sin verò agatur de *Judæis* indefinitè, prout hi omnes
ætates complectantur *N. Test.* uti quidem contextus & cap. sub-
sequens suadent, tunc rejectio & abrogatio *totalis* intelligenda
venit, ut sic hæc verba eundem sensum cum verbis Psalm. 40. v. 7.
& horum Commentario cap. 10. Hebr. possideant. Neque verò
insolens est Abrogationi quæ habet locum pœnæ, succentariari
abrogationem quæ habet locum beneficii & consolationis: pri-
us decernitur propter abusum: posterius ex gratiâ surrogandi
medium magis salutare, sic Jer. 31, 32, 33. Zepha. 3, 17. 18.

QVÆSTIO V.

An desperata generis humani miseria gratiæ di- *Thes. XII.*
vinae causæ προκαταρκτικῆ dici queat? Aff.

F

Exh.

Part. 2. L. C.
de Justif.
p. 792.

Col. 3. 10.
Eph. 4. 24.
Rom. 7. 14.
Eph. 4. 18.
Rom. 8. 7.
Hebr. 12. 1.
Rom. 7. 24.

Habac. 1. 13.

Eph. 3. 10.
Eph. 2. 7.
Tit. 3. 4. 5.
Rom. 3. 24.
27. 28.
Eph. 2. 7. 8. 9.
Lib. 3. p. 606.

Thef. XIII.

Comment.
w. 296.

Exb. 1. Magnus noster Chemnitius hanc contra Pontificios observationem utiliore vocat: *Quod causa προαπειριτικη* (seu quocunque vocabulo appelletur) gratia & misericordiae Dei erga nos in scriptura ponatur desperata miseria generis humani, à qua non possint alio modo liberari. Sed hæc intelligenda est de miseria quæ misera est, quod videl. homo, illa creatura nobilissima, in justitiâ & sanctitate conditus se totamque posteritatem suam in hoc corruptionis genus dederit præcipitem, ut jam sub peccato sit venundatus, intellectus ejus tenebris obscuratus, & carnis φρόνημα seu voluntas inimicitia (inimicissima) adversus Deum, imò semper secum ferat τὴν ἐν περιστάτον ἀμαρτίαν, nec à corpore hujus mortis ab ullo liberari queat, sed cum morte naturali & spiritali æterna quasi sororio vinculo connexa maneat, nî redemptor interveniat.

Exb. 2. Non verò capienda est miseria quæ peccaminosa est, & quæ Deo ipsi adversatur. Hoc enim modo tantum abest, ut Deus hominis vitiosè agentis misericordiâ tangatur, ut oculi etiam ejus purissimi iniquitatem videre nequeant. Distinguendum tamen & hic est inter occasionem datam & causam acceptam. Ipse quidem homo miserrimus tantâ commiseratione ex se dignus non esset, imò quicquid miseriarum illum mansisset, id omni jure sustinisset; Deus tamen pro infinitâ suâ misericordiâ & sapientiâ ex hac perditionis massa medium τὴν πλουτίκοιλον σοφίαν καὶ ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χάριτος declarandi desumpsit. Unde etiam in Scripturâ omnia excluduntur opera, & in solidum nostri redemptio gratiæ divinæ defertur. Et ex hac Distinctione jam intelliges particulam 2^a Genes. 8. 21. per denn rectè à Luthero versam esse. Quamvis nec illa rejicienda sit, quæ istam particulam per *et si noluerit* / *ob schon* / transferre gestit. Sed de hac cons. Philol. Sac. Glassii.

QVÆSTIO VI.

An peccata sic prorsus deleantur ut nobis amplius non inhæreant? Neg.

Exb. 1. Affirmativam quidem sententiam Alvarez è nostro contextu vult exsculperè, hæc comminiscens: *Verbum deleo in quavis linguâ fert peccata penitus aboleri, eradiq; adeò, ut nullum re-*
lin.

linguatur vestigium eorum: quod amplius Deus ostendit adjiciens:
Et peccatorum tuorum non recordabor; tanquam promitteret non
modo ex anima peccatoris se maculas labesq; prorsus esse deleturum,
sed à suâ quod majus est memoriâ divinâ immutabili erasurum. Et
paulò post: isthinc retunditur insania Hereticorum hujus temporis
qui peccata remitti nihil aliud esse fingunt, quam non imputari.

Exd. 2. Sed nos insania accusando, dicam ipsi Spiritui S.
scribit, qui per Apostolum ex Psal. 32. v. 2. 3. beatos illos prædicat,
quorum peccata tecta sint, Rom. 6, 7. beatum virum ὃ δ' μὴ λόγι-
σθησὶν cui nequaquam imputat Dominus peccatum v. 8. Aliud ita-
que est, peccati labem & adherentiam radicibus in justificatione e-
velli, aliud peccatum ratione reatus tegi, ita ut à Deo in nobis non
vindicaretur, imò plane deleri, ne unquam in census divinos re-
deat. Nec est quod Pistorius regerat: Verbum ἵκεν idem esse
quod ἔλασεν tollere auferre, cum pro equipollentibus hæc duo vocabula
ponantur. Vide Gerhard. in L. C. de Baptis. p. m. 740. Nam R.
ἵκεν in totâ Scripturâ nusquam aliter usurpatur, quàm de tectio-
eius, quod adhuc præsens est. Conf. Prov. 12, 12. & 1. Petr. 4. 5. ubi
dilectio non prorsus abolet transgressiones, sed eas saltem chari-
tatis tegit pallio; Eiusdem monetæ quoque est Bellarmini exce-
ptio in quâ dicit: Deo nihil potest tegi, nisi penitus aboleatur & Be-
cani de Justif. capit. 1. Si peccata teguntur, aut Deus illa videt, aut
non videt. Si videt, quomodo in conspectu ejus tecta sunt, si non videt
quomodo stat Apostolicum illud, omnia nuda & aperta in oculis ipsius.
Nam Resp. Peccata non ita tecta dicuntur propriè, quasi occulan-
tur, ut divinum conspectum subterfugiant, sed metaphorice, & qui-
dem ratione vindictæ, quod non ad pœnas trahantur debitas.
Quemadmodum enim navus aliquis velamine vel veste occultari
potest, ne ab aliis animadvertatur, & in illorum reprehensio-
nem incurrat: ita peccata nostra sanguine Christi teguntur, ne
à Deo, non quidem ratione omniscientis, sed ratione vindictæ vide-
antur ac puniantur. Et hoc ipsum vicissim nos edocet David
Psal. 51. 11. orans: Absconde faciem tuam (ultricem) à peccatis meis;
& in nostro loco Esaiæ additur: iniquitatum tuarum non recorda-
bor. Quæ ipsius Alvarez verbis dilucidare possum; Quamvis,
inquit, fieri nequeat hominem peccasse, ut Deus non meminerit, postea

tamen quam peccatum condonavit omnino ita se gerit quoad ultio-
nem, ac si prorsus esset oblitus.

v. 3. 4. 5.
v. 6. 7. 8.
v. 9. 10. 11.

Exo. 3. Quod itaque peccatum etiam in iis, quibus illud
in justificatione remissum est, adhuc residuum sit, in Apostolo
Paulo, velut in speculo licet cernere. Cum enim cap. 3. usque
ad cap. 5. justificationem explicasset, solideque demonstrasset:
justificatos ex fide pacem & gratiosum accessum ad Deum habe-
re, cap. 5. v. 1. 2. & in omni afflictione spirituale fovere tripudium,
idque ulterius tum ab amore Dei Christum ad opus redemptionis
destinante, tum ab ipsa reconciliationis per Christum factae vir-
tute, comparatione cum Adamo instituta, usque ad finem huius
capitis. Nihilominus in cap. 6. dominium peccati infringen-
dum membraque nostra ab iniquitatis servitio vindicanda esse
per totum cap. 6. & partem septimi docet. Deinceps gravem edit
querimoniam, quod *in se*, qui malum non velit v. 19, & bonum o-
perari cupiat, vers. 21. qui secundum interiorem hominem Lege
Dei condelectetur vers. 22. & sic ipsi Legi assentiat quod bona sit
vers. 16. *peccatum habitet* v. 18. & quidem subjectum *determinando*
in carne sua, v. eodem, ita ut malum ipsi adjaceat v. 21. & Lex à di-
vinâ diversa in membris ipsius hostiliter repugnet legi mentis,
ipsumque in captivitatem redigat Legis peccati, quæ in membris
ipsius, v. 23.

Exo. 4. Quomodo verò peccatum aliter in *justificatione*,
aliter in *sanctificatione*, aliter denique in *glorificatione* deleatur,
quæ Pontificii inter se confundunt pessime, verbis B. mei Præ-
ceptoris D. Heinrichi Höpffneri in Disp. 1. de Justif. cap. 2. Aph 8.
edocebo. *Peccatum, inquit, consideratur vel ratione reatus, vel do-
minii, vel quoad inherentiam. Ablatio & deletio reatus fit in justifi-
catione, dominii in sanctificatione, inherentie per glorificationem.*
Undè nobis jam in mundo est responsio ad Alvarezii verba, quod
delere in quavis lingua significet idem ac penitus abolere. Vocā-
bulum namq; hoc *Metaphoricè* usurpatum, uti quidem hoc in loco
capitur, reatus quidem *absolutam*, quâ quid *planè* exterminatur,
sed dominii & inherentie *comparatam abolitionem* infert, nimi-
rum illius, quod in iudicio divino scriptum videtur.

PA-

PARTIS PRACTICÆ

MEMBRUM I.

continens

Ἦσιν Διδασκαλικὴ ἐλεγκτικόν.

I. Ille qui pro peccatis nostris laborasse dicitur, vocatur Jehova E. errant Photiniani Christum summum illum Deum esse negantes.

Thef. XIV.

Exh. 1. Fundamentum assertionis nostræ supra Thef. 3. posuimus & inter alia cum primis locum Esaiaë cap. 45. 17. huic maxime parallelum de Christo accipiendum esse ex allegatione Paulinâ evicimus. Nec hilo proficiet, quisquis cum Schlichtingio exceperit *accommodari dicta quadam de summo Deo loquentia ad Christum, non quod is Deus sit summus, sed quod Deo summo sit vel similis, vel in iis, de quibus dicta hæc agunt ab ipso dependeat, illiusque personam sustineat.* Nam R. propter similitudinem aliquam aut dependentiam ea, quæ Deus sibi *insolidum vindicat, nihil, inquit, extra se Salvatoris esse, uti capit. 45. & 43. asserit, ulli qui non est summus Deus accommodare, atque ex eo nervum Articuli summi de Extremo Christi Judicio probandi deducere velle, contra omnem sensum & rationem Scripturæ esset detorsio; quæ Spiritui S. per Apostolum Paulum loquenti citra insignem blasphemiam notam tribui nequit.*

Rom. 14, 11.

Advers.

Meisn. pag.

114. 145.

Exh. 2. Ex hoc quoque sole meridiano clarius est, quid ad veritas Ostrodi regerendum sit, qui ejusmodi glaucoma nobis offundere collaborat. Man sol wissen vors Erste / daß Christus an keinem Orte in heiliger Schrift ausdrücklich ist Jehova genennet worden. Denn der einige Ort Jerem. 23. v. 6. welcher auch repetiret ist Cap. 23. 16. kan / ja sol nicht von Christo / sondern von Juda und Israel / oder von Juda und Jerusalem verstanden werden / wie ein jeglicher der den Ort bey der heil. Schrift fleißig einsehen wird, leichtlich verstehen kan. Darnach wann Christus schon Jehova genennet were / thete es doch nichts zur Sache / sintemal auch die Engel also sind genennet worden. Quod ex cap. 3. Exod.

Instit.

p. 69. § 700

& Act. 7, 30. probat, Sed R. (1.) Christum expressè vocari Jehovam è textibus Esaiæ firmiter asseritur, si modò Spiritui S. in Articulo fidei probando, & ex V. Test. confirmando sua constet auctoritas & certitudo. (2.) Textum Jeremiæ cap. 23. supra Thesi 3. de Messia exposuimus consentiente ipso Chaldaeo interprete, & accuratiore textus inspectione subveniente. Nam (α) ex toto contextu constat illic agi de germine justo & Rege prosperè agente, ita ut in diebus illis Juda ædificetur & Israël habitet confidenter; undè (β) addit Pronomen tertiæ personæ Masculinum יהוה-ה' & hoc nomen ejus (scil. Messia de quo hætenus locutus est, non verò Judæ & Israelis, ad quæ affixum si revocaretur in plurali numero aut fœminino potius fuisset collocandū) uti & (γ) hoc ex ipsis verbis Jehova *justitia nostra* idem elucescit. Quomodo namq; tribus Judaica Jehova *justitia nostra* salutetur, cum ipsa peccatis iniquitata hæreat, & non nisi per Messiam salvetur. Ipse vero Filius Dei non tantum apud Hos. 1, 7. sed etiam ab Apostolo Paulo nobis *sapientia à Deo, justitia & sanctitas & redemptio factus* dicitur, 1. Cor. 1, 3. (3.) ad locum Exodi repono illic agi non de Angelo creato, sed increato seu ipso Filio Dei, idque elicio, tum ex ipsa descriptione, cum is qui ex rubo ardente loquatur expressè dicat: *Εγώ ο Θεός τῶν πατέρων σου* (ubi articulus *ο* ad vocem *Θεός* positus è Photinianorum sententiã summum Deum notat) ego Deus Patrum tuorum, (ut Paulus habet Act. 7, 32.) seu Patris tui (uti in fontibus Hebræis legitur) Deus Abraham &c. v. 6. & v. 7. confiteatur se audivisse eorum preces, & venisse ut eos è manu Ægyptiorum affereret, & in terram Canaan introduceret, vers. 8. 9. Quem liberationis actum sibi unicè vendicat, quando istud nomen JEHOVA sibi soli proprium revelat, Exod. 6, 3. 4. seqq. tum etiam ex loci paralleli collatione, Deut. 33, 16. cujus loci declarationem & probandi nervum in ipso Disputationis conflictu monstrabimus.

Thes. XV.

II. Filius Dei propter nostra peccata laboriosâ servitute pressus & defatigatus est, ita ut interprete Esaiæ cap 53. omnia nostra peccata in ipsum conjecta ferantur, disciplina pacis nostræ super
cum

eum fuerit & per livorem ejus salvatio quaesita sit, dum sanguine suo pretioso nostra crimina delet. E. hallucinantur vicissim Photiniani, negantes Christum vice nostra mortuum esse & sanguinem ejus hanc Efficaciam in se habere, ut à peccatis nos emundet.

Exd. 1. Thesis nostra lucem suam deposcit *tùm ex contextu nostro supra prolixius explicato, tum ex c. 53. Esaiæ, & hujus interprete Petro 1. Ep. c. 2. v. 24. tum etiam ex locis parallelis, quando sanguis Christi pro nobis effusus Matth. 26. 8. nos ab omni peccato mundare 1. Johan. 1, 7. & nostram conscientiam à mortuis operibus purificare dicitur, Hebr. 9, 14.*

Exd. 2. Ergò vicissim cum suæ salutis naufragio in præpositam abripiuntur sententiam Photiniani, dum Christum *nostri loco* mortuum esse negant, & sanguini Christi divinam hanc efficaciam detrahunt. Ita namque Ostorodus cavillatur: *Hieraus kan man sehen/ daß wenn die Schrift saget / daß Christus vor uns gestorben sey / nicht das bedeute / welches ihrer viel vermeint haben / nemlich daß er an unser Stell oder Statt gestorben sey / gleich wie daß er vor unsere Sünde gestorben ist / nicht die Meinung hat / als wenn er an Stell oder Statt unser Sünde gestorben were.* Sed R. Nos non in nudâ præpositione PRO sed in totis Phrasibus ac contextibus fundamentum locare, & utrâq; manu concedere, quod quando dicatur Christus mortuus esse pro peccatis nostris, non vehat hunc sensum, quod loco peccatorum nostrorum sit mortuus, sed quod propter peccata nostra tollenda & delenda mortem obierit. Hoc autem negamus de Christo, quod ille tantum nostri commodi gratiâ mortuus sit, sed contra asseveramus illum etiam *loco nostri* mortem oppetivisse, his nixi fundamentis:

Exd. 3.

1. *Quicumq; vitam suam ἀντι πολλῶν tradit & seipsum dat pro iis ἀντιλυτρον, ille loco illorum moritur.*

Atqui Christus veniens ut serviret (α) ἀντι πολλῶν vitam suam tradit & (β) seipsum dat ἀντιλυτρον. E.

Ma.

Inst. p. 319.

Major probator: Nam hæc præpositio *ἀντὶ cum aliis nominibus posita semper in N. T. loco ac vice alterius aliquid fieri significat, uti patet ex Matth. 2, 22. cap. 5, 38. cap. 17, 27. Luc. 11, 11. aliisque locis similibus. Minoris verò (α) habetur in descriptione servitutis Christi Matth. 20, 28. (β) 1. Tim. 2, 6.*

2. *Quicumque ita est mortuus pro nobis adhuc Dei inimicis, ut ipse peccata nostra in se coniecta in corpore suo super lignum portarit, & pœnas nobis perpetuandas toleranter sustinuerit, quo ejusdem livore salvaremur, ille loco ac vice nostri est mortuus. Atqui Christus ita est mortuus pro nobis adhuc inimicis Dei, Rom 5, 6, &c. E.*

Major solis radio scripta videtur. Nam qui in se derivat reatum alterius, ob quem is mori debebat, & ipse ad hunc reatum expiandum moritur, ut alter servetur, sicuti de Christo c. 5. Rom. v. 9. loquitur Paulus, is sane loco alterius moritur. Minor ex c. 53. Esaiæ & 1. Petr. 2. desumpta est.

Inst. p. 320.

Exh 4. De pretioso sanguine Christi, qui nos ab omni peccato mundare dicitur, sic philosophatur Ostorodus: Wann wir lesen / daß Christi Blut uns von allen Sünden reinige / muß man solches nicht verstehen / als wenn in dem Blute Christi eine heimliche verborgene Krafft gewesen were / unsere Sünde zu reinigen / sondern daß Christi Blut dessen eine Ursache ist / ohne welches wir von Sünden nicht gereiniget werden / etc. & paulo post adductis locis è Levitico quod emundare idem significet interdum ac declarare, hanc Phrasin ita pervertit: Derohalben kan nach den Gebrauch der H. Schrift recht und wol gesaget werden / daß uns das Blut Christi von allen Sünden reinige / wenn es schon nicht mehr thäre / denn nur erklärte und bewiese / daß uns Gott von allen unsern Sünden gereiniget habe. Sed R. hæc Sophistica tribus verbis possemus reprimere dicendo, Scripturam esse *ὡς ἰδίας Πιλύσεως* & in asserendis fidei articulis à propriò literarum sensu non esse recedendum, nisi ipse Spiritus S. digitum intendat, neque etiam, quomodo aliqua vox accipi queat, sed quomodo vigore contextus exponi debeat, dispiciendum esse, contra quod Ostorodus cum suis multo die peccat. Ut autem pretiosi sanguinis Christi efficaciam fortiùs asseramus, sic contra Ostorodum argumentamur:

p. 320.

3. Petr. 1, 20.

Cui

Cuicunq; sanguini in Scripturis constanter hac tribuitur efficacia, ut (α) nostram conscientiam multò magis purificet ab operibus mortuis ac nos sanctificatos perficiat, quàm Sacrificia V. T. quæ non potuerunt secundum conscientiam perficere, aut peccata (ex se) auferre, (β) sit λύτρον pro nostris peccatis à Christo (qui seipsum dedit αντίλυτρον) solutum, (γ) Deum nobis iratum placet imò (δ) sit unicum ἰλασθῆριον in quo nobis Deus concilietur, ille non saltem declarandi, sed reipsa emundandi vim habet.

Atqui sanguini Christi in Scripturis constanter hac tribuitur efficacia, ut (α) nostram conscientiam, &c. E.

Major est satis perspicua. Nam si sanguis saltem declararet, reconciliationem jam esse factam, non opponeretur Sacrificiis, quæ optimè quoque peccata remissa fuisse declarare, non autem ea auferre potuerunt. Et si iniqui verè inimici Dei sunt per sanguinem Christi reconciliari dicuntur, utique non nuda declaratio esse potest. Nam declaratio ipsam rei veritatem non facit, sed eam præsupponit. Minoris verò (α) probatur ex c. 9 Heb. v. 14. & c. 10. 14. collatis cum v. 9. c. 9. & v. 3. ac 11. c. 10. (β) 1. Pet. 18. 19. & 1. Tim. 2. 6. (γ) Rom. 5. 6. 8. 9. 10. (δ) Rom. 3. 25. Ad reliqua Ostorodi Sophismata pluribus respondet Dn. D. Feuerborn in Disp. 33. Anti Ostorodi, quem conules.

III. Nos homines non propter Deum defatigati sumus, nec quicquam in nobis habemus, propter quod justificemur, sed Filius Dei propter peccata nostra servitute pressus, & propter iniquitates nostras laboribus contractus, ipse, ipse est qui delet scelera nostra propter se & peccatorum nostrorum non recordatur, E. in hunc fidei Articulum impingunt Pontificii, statuentes nos propter bona opera justificari.

Ex 9 Si adhuc hodie Deus quemlibet nostrum verbis iis quibus hic populum Judaicum compellet הַזְכִּירְנִי נְשַׁפְטָהּ יְיָ סִפְרָה לְמַעַן תִּזְכְּרַן אִתָּהּ, h. est. fac me recordari, ut juicemur pariter, narra-

G

111

tu propter quid justificeris, v. 26. c. 43. Esaiæ. Nihil aliud sanè respon-
 si habebimus, quam ut cum Davide exclamemus: *Domine ne intres in
 iudicium cum servo tuo, nam coram te non justificabitur omnis vivens.* Ps.
 143. 2. & Ps. 130. 3. *Si vis observare peccata Domine, Domine quis consistet?*
 Eâ de causâ Apostolus Paulus nos gloriâ Dei destitutos non tantum
Gratiâ Dei, sed etiam δωρεάν seu gratis justificari per redemptionem
 quæ est in Christo Jesu asserit, & istud tum verbis Ps. 32. tum Exemplo
 Abrahami per totum c. 4. demonstrat. Imò licet ipse in lege ἀμεμπτος
 vixerit, omnia tamen σκύβαλα & damnum existimat propter excellen-
 tiam cognitionis Jesu Christi, (practicæ) ut Christum lucretur, & in eo in-
 veniatur non habens suam justitiam quæ ex Lege est, sed quæ per fidem Je-
 su Christi, quæ ex Deo justitia in fide. Proinde Pontificiorum Doctrina
 quæ nostra bona opera justificationi assuit, sive ut instrumentum,
 sive ut meritum; à genuinâ Scripturæ sententiâ abhorret, cui tempo-
 ris moniti angustia hoc saltem Apostolicum trutinandum relinqui-
 mus: *Si ex gratiâ non ex operibus; alioquin gratia non erit gratia.*

Rom. 3,
 23. 24.
 Phil. 3, 6.
 Phil. 3, 8.
 9.

Rom. 11, 6.

Tb. XVII.

IV. Christus Jesus propter prævaricationes no-
 stras anxie laboravit, usque adeo ut à Deo cæsus &
 afflictus ac propter iniquitates nostras vulneratus &
 propter scelera nostra attritus fuerit. E. errant Pon-
 tificii statuentes nos oportere pro peccatis nostris
 satisfacere.

Exod. 2. Præclara sunt Esaiæ verba de Jesu nostro à Deo percusso
 c. 53. מוֹסֵר שְׁלֹמֹנוּ עָלָיו, hoc est, *castigatio* (quæ propter nostra deli-
 cta vinculis, ac aliis pœnis coercitus fuit) *pacis nostræ* (ut pacem nobis
 acquireret, prout egregie vertit D. L.) *super eum*; Quibus explanat cur
 Filius Dei se Legis jugo subjecerit, & maledictio facta sit, cur duris-
 simæ servitutis onus subierit, & omnibus viribus exhaustus fuerit,
 nim. ut nobis pax esset perfecta & requies. Unde Paulus triumphare
 potest cum omnibus justificatis: *Justificati ex fide pacem habemus a-
 pud Deum per Dominum nostrum Jesum Christum.* Ergò vicissim erro-
 ribus referta est Pontificiorum sententia, qui summo consensu docent,
 post remissionem culpam sapè remanere reatum pœne temporalis; teste Bel-
 larm. lib. 4. de Pœnit. c. 2. §. 4. Licet verò ultrò confiteamur, etiam
 post peccatorum remissionem illis, qui jam Deo reconciliati sunt,
 imo

Gal. 4, 4.
 c. 3. 13.

Rom. 5. 1.

immitti calamitates, non quidem ut sint pro peccatis satisfactiones, quod Papistis placet, sed ut sint *διδασκτικα*, quæ rigidum Dei iudicium adversus peccata doceant, sint *μνημονευτικα*, quæ peccata commissa subindè in pœnitentis animum revocent, & *φυλακικα*, quæ à peccatis deinceps committendis nos deterreant; non tamen, ex à Deo irato iudice, sed à reconciliato Patre proficiscuntur. Unde etiam propriè sic dictæ pœnæ, vel ut alii distinguunt, licet *materialiter, formaliter* tamen sic dictæ appellari nequeunt. Illis itaq; obvertimus verba illa corporis Canonici, dist. 4. de Consecratione cap. 8. quæ quidem plenius apud Augustinum leguntur: in Lib. 1. de Baptis. Parvulorum, c. 32. & 33. *Filius Dei carnem peccati suscepit & pœnam sine culpâ, ut in carne peccati & culpa solveretur & pœna.*

V. Christus Jesus propter peccata nostra servivit, *Thes. XVII.*
propter iniquitates nostras laboravit, & prævaricationes nostras delevit; E. errant quidam Pontificii statuentes Christum non pro peccatis actualibus satisfecisse.

E. 8. Elaias non solum hic c. 43. & c. 53. varia peccata recenset, sed etiam v. 6. c. 53. *universalitatem* ponit, nimirum quod Deus fecerit impingere in Christum peccatum *universalitatis nostre*, uti fontes sonant; Hinc Johannes delectionem à Christo factam explicans profitetur, sanguinem Jesu Christi nos emundare *ἀπο πύσης ἀμαρτίας*; & Paulus inquit, Christum dedisse semetipsum pro nobis, ut liberaret nos *ἀπο πύσης ἀνομίας*. Hæc igitur universalis sententiam Papistarum fortiter elidunt. Conf. Confess. Cathol. Gerh. lib. 2. part. 3. Art. 16. c. 5. p. m. 74.

1. Job. 1, 7.

Tit. 2, 14.

VI. Ipse Jehova seu Filius Dei propter peccata *Thes. XIX.*
nostra servire & propter iniquitates nostras defatigari dicitur. E. errant Calviniani hanc propositionem sic explicantes; Christus homo mortuus est pro nobis, i. est, natura tantum illa Christi humana quæ non per se in separatâ hypostasi, sed in ipsâ una

Christi persona consideratur, mortua est. Danæus
contra Chemn. p. 24.

*Exθ. 1. Quod sola humana natura Christi sit passiva in Sacra Scriptura asseritur, sed hæc expressè contestatur, quod Deus idio Filio non pepercerit, quod Deus idio ἀμαρῆ Ecclesiam acquisiverit, quod Dominus gloriæ crucifixus sit, & in nostro textu, quod Jehova propter peccata nostra anxie laborarit. Undè etiam in articulis fidei, ubi verborum proprietas dominetur oportet, non ejusmodi substitua-
mus propositiones, quæ hujus lytri incorruptibilis dignitatem ener-
vant, uti à Calvinianis factum dolemus. Probè itaque loquitur Cy-
rillus: Si Immanuel communis homo fuisset, quomodo utilis fuisset ho-
minis mors? Salvavit autem mors Christi, quia moriens natura Deus est
& proprium ejus corpus. Cum quo confer gnomen prorsus auream.
D. Luth. Tom. 7. Witteb. pag 530. & Declarationem Form. Concord. p. m. 772. quæ hanc sententiam collaudat.*

Rom. 8, 32.

Act. 20, 28.

1. Cor. 2, 8.

Lib. 1. ad Re-
ginam.

Exθ. 2. Ne autem hic naturarum proprietates commisceantur, & ἐνέργημα cum ἀποτέλεσμα confundatur, ipse Spiritus S. nos docuit quomodo ejusmodi propositiones rectè explicemus: Nimi- rum non Subjèctū mutando, uti Calviniani delinqvunt, sed predicatum determinando, juxta observationem Form. Conc. in Declar. p. 770. In hoc predicationum genere non sequitur, quod ea quæ toti perso- næ tribuuntur, simul utriusq; nature sint proprietates: sed distinctè decla- randum est, secundum quam naturam aliquid toti personæ adscribatur. Ad hunc modum loquitur Paulus, cum de Christo dicit: Christum geni- tum esse ex semine Davidis secundum carnem. Et Petrus de Christo in- quit, quod sit mortificatus carne: & quod passus sit in carne.

Rom. 1.

1. Petr. 3.

1. Petr. 4.

Thes. XX.

VII. Jesus Christus secundum humanam natu-
ram tantum exinanitus & servus factus est Philip. 2.
E. errant vicissim Calviniani Exinanitionem Chri-
sto secundum utramque naturam tribuentes.

Exθ. Quum hic de Exinanitione Christi, voce Exinanitionis non sensu Ecclesiastico, sed Biblico accepta agamus, nostræ Thesewus etiam fundamentum ex Scriptura, præsertim Apostolo Paulo petimus, quæ dicit: quod Deus Christum, hoc servili exinanitionis statu abrogato,

Do-

Dominum fecit, *ὑπερύψωσεν*, super exaltavit, & nomen ei *ἐχα-* *Act. 2, 36.*
ρίσθη seu ex gratiâ dedit, quæ prædicata de divinâ Christi naturâ *Phil. 2, 9.*
dici nequeant. Ergo graviter vicissim impingunt Calviniani Exi-
nanitionem Christi ad utramque naturam referentes. Quam
ἑτεροδοξίαν jam pluribus persequeremur, ni supra in explicatione
Formæ dictum hoc Philipp. prolixius evolvissemus, & paucis
etiam adjiciendum veniat

MEMBRUM II.

continens

Ἔχρησιν Παιδευτικῆς πνευματικῆς.

Christus Jesus, Filius Dei, verus Jehova servi- *Thesis XXI.*
vit propter peccata nostra, laboravit propter ini-
quitates nostras & delevit omnia peccata nostra,
nobis exemplum relinquens, ut & nos humilitati
strudeamus, patienter crucem feramus, proximo
delicta condonemus & semper pro Christi Pas-
sione grates concinamus E. enormiter peccant
qui peccatis contra conscientiam designatis hæc
non perpendunt.

Exd 1. Quum jam in *Hebdomade pœnosâ* versantes, peccatorum
nostrorum, velut ulceris Adamici, refricemus memoriam, ac
Jesu nostri, qui carnis & sanguinis nostri portio est, qui in omni-
bus fratribus assimilatus est, & exindè non erubescit nos fratres
suos vocare, Jesuli, inquam, nostri pœnas ac cruciatus fida pie-
tatis staterâ examinemus, quid, Fratres, aliud è cordis nostri me-
ditullio scaturiat, quam illud, quod fratres Josephi suam excu-
tientes conscientiam, protulerunt Genes. 42, 21 *דַּוָּן לְבָנַי* h. e.
verè nos rei sumus propter fratrem cujus afflictionem, (maximè an-
gentem) *anima vidimus,* quando ille posuit pro nobis animam
suam *דַּוָּן* seu *pro delicto hostiam.* Illius sanè vox querula, tremu-
la, rugiens semper nostris oberret auribus: *Tu me servire fecisti*
propter peccata tua, Tu me laborare fecisti propter iniquitates

Hebr. 2, 14.

v. 17.

Hebr. 2, 11.

G 3

tuas.

Lib. 2. de Pe-
nit. c. 6.

Psal. 45, 2.
Esai. 53.

Gal. 6, 14.

Heb. 10, 29.
c. 6. 6.

Rom. 2, 5.

tuas. Ego ego deleo iniquitates tuas, propter me, & tuorum peccatorum non recordor. Hanc vocem intimis sensibus ruminans Ambrosius ita de Domini nostri benignitate exclamat: *Bonum Dominum habemus, qui velit donare omnibus, qui te per Prophetam vocavit, dicens: Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas & memor non ero, tu autem memor esto; hoc est, non revoco illa; quaecumque delicta donavi tibi, velut quadam obligatione recta sunt; Tu autem memor esto. Ego, inquit, memor non ero propter gratiam, tu memor esto propter correctionem: Memor esto ut scias donatum esse peccatum, ne glorieris quasi innocens.* Quapropter & nos correctionis nostrae memores à Christo discemus (1.) *Humilitatem* Philip. 2. 5. seqq. Matth. 11, 28. 29. (2.) *patientiam* Hebr. 2, 2. 3. Esa. 53. Phil. 2. (3.) *reconciliationis studium*, ne proximum ceu fratrem odio persequamur, cujus carnem & sanguinem Filius Dei induit, ejusque Frater vocari non erubuit; Col. 3, 13. Matth. 5. 24, 44. & 45. imò in omni vitâ nostrâ Christi vestigiis insistamus, ac Salvatoris Passionem ceu Magistri linguâ eruditâ instructi, *ἡμῶν γενομένων* (quem Spiritus S. per linguam Davidis ceu *stylum Scribe expediti* in vaticiniis exaravit, & Esaias vivis veluti coloribus præfiguravit) intueamur, velut obedientes Christi Discipuli. Ego cum Paulo vociferor: *Absit à me gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

Exd. 2. Verùm quem hîc cerno præfractæ cervicis hominem, cujus peccata in corde sunt exarata, qui Dominum & fratrem suum gloriosum, Filium Dei unigenitum, tantam servitutem perpeßum, tantis doloribus confectum, *pedibus calcare, sibiq; vicissim crucifigere* connititur. Quid *thesaurizas tibi ô homo iram divinam, in die ira & revelationis justi judicii divini?* Annon cernis peccata tua livido Christi tergo inscripta; *Tua peccata sunt ferrei isti clavi* quibus manus & pedes ejus perforasti; *Tua peccata sunt horridæ istæ spinæ*, quibus sanctissimum illius caput ipsis Angelicis potestatibus reverendum coronasti; *Tua peccata sunt aculeatæ istæ scuticæ* quibus purissimum ipsius corpus proprium Divinitatis templum flagellasti. Lege cap. 10. 1. Part. Exerc. Piet. Gerh. Bernhard. Fer. 4. Hebd. pœn. p. 139. seqq. & Tract. de Pass. Domini pag. 1168.

MEM-

MEMBRUM III.

conticens

*Ἦσιν Παράκλητικόν.**Thef. XXII.*

Qui credunt in Christum propter nos servum factum, crucifixum & mortuum, illi certe sibi polliceri habent peccata sua sanguine Christi deleta, eorumque memoriam esse ita depositam, ut ii, qui servi erant mortis, æternum cruciandi, jam sint Servi Dei, æternum glorificandi, & in medio crucis æstu, imagini Jesu Christi crucifixi assimilentur, quo & ipsi glorioso conformes existant.

Εκθ. I. Quantum peccati onus sit, è Davide cognoscimus, qui peccata caput suum transcendere, & velut onere gravi supra vires suas se aggravari, qui ex illis vulnera sua foetere, gressum titubare, corpus flaccescere, cor ipsam ejulatu inquietari, & lumen oculorum cum omnium virium potestate prostratâ deficere conqueritur, Psal. 38. v. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & Sal. 32. vers. 4. 5. Sed hoc onus grave Agnus & Servus Dei Jesus Christus sustulit, ac ita bajulavit, ut *ὄροισι αἱματος* in terram deciderent, ut facies conspurcata, tergumque concisum fuerit, ut caput coronâ spinicâ, manus & pedes clavis ferreis & latus frameâ transfixum fuerit, quo sanguis effunderetur; Sanguis Agni immaculati auro ac argento pretiosior, sanguis omnium victimarum sanguine efficacior, Sanguis Filii Dei proprius. Hoc ipso nos ab irâ peccati ac inferni mancipia premente servati sumus, deletum est Chirographum, purificata est conscientia ab operibus mortuis, dealbatæ sunt stolæ omnium Electorum, qui jam coram throno Dei sunt, & Jesulo nostro accinunt; Amen, Benedictio & Gloria, &c.


1 Petr. 1, 19.
Heb. 9, 14.
Act. 20, 28.
Rom. 5, 9.
Col. 2, 14.
Hebr. 9, 14.
Apoc. 7, 14,
15. & 12.

Εκθ. 2.

Εκθ. 2. Quamvis autem nos, qui de mundo non sumus, in
Job 17, 14. mundo immundo anxietatem habeamus; gloriari tamen possu-
Job 16, 33. mus omni tribulatione, & dicere: Si Deus pro nobis, quis con-
Rom. 5, 3. tra nos? &c. Imò si crucis onere vel ad decem ulnarum profun-
Rom. 8, 31. ditatem deprimamur, veruntamen αφορῶμεν ἐ τερρῖς *suspiciamus*
 32 33 34. *autorem ac consummatorem fidei nostræ Jesum*, ejusque Passionem
Hebr. 12, 2. 3. jucundâ analogiâ comparemus, & quando undiquè variis tenta-
Jac. 1, 2. tionibus circumcingimur, omne gaudium ducamus; *Fidus enim Ser-*
2. Tim. 2, 12, *mo hic: si cum illo morimur, cum illo quoque vivemus, si patimur, et-*
 13. *iam cum ipso dominabimur.* Age passiones tuas omnes coacerves,
 ac singula penficules, in quibus Christo crucifixo conformis eva-
 das. Quid sunt? *παθήματα τῶν νῦν καιρῶν*, Rom. 8. v. 18. *περὶ*
πίνα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, 2. Corinth. 4. v. 17. sed posthæc ἐ Cælo
Phil. 3, 20. *expectamus Dominum Jesum Christum*, qui (olim Schema servile
 21. *gerens, jam cœlesti fulgens gloriâ) alio schemate transforma-*
bit corpus humiliationis nostræ, ut illud conforme fiat cor-
pori glorioso ipsius. Amen veni Domine
Apoc. 22, 21. *JESU!*

Δ. Θ.





B.I.G.

Farbkarte #13

Black	
3/Color	
White	
Magenta	
Red	
Yellow	
Green	
Cyan	
Blue	

GLORIOSA

ERVITUS

GLORIOSISSIMI

humanæ Gentis expians,

Quam

TUS SANCTUS

Part.

per Prophetam Esaiam cap. XLIII. & LIII. delineavit,

ini JESU CHRISTI Exinanitione philipp. cap. II. expressit;

SUB PRÆSIDIO

endi, Amplissimi atq; Excellentissimi

VIRI

IS HULSEMANNI, SS. Th.

ris Publici, de Christi Ecclesiâ & Aca-

Consistorii Electoralis Assessoris, Cano-

is & ad D. Nicolai Pastoris fide-

lissimi; troni sui filiali pietatis cultu æ viternum devenerandi;

RI PRINCIPP. COLLEGIO,

d. 28. Martii horis consvetis,

ica Disputationi exposita

MAUKISCH FREIB. SS. Th Baccal.

M DC XLIX.

LIPSIE,

HENNINGI COLERI.

Thd 124